testamentum addueunt Gregoriae Mariae, (1) anni 1559, in quo Apparitio asseritur. Mexicane fuit scriptum hoc testamentum, atque ejus hispana transumpta circumferabantur, juxta Alcoser. (2)

Propter antiquitatem, et propter assertionem Guadalupensis Apparitionis maxime intersunt haec documenta; et etiam eo quod nisi vera de Apparitione dixissent, quae in ipsis relinquebantur ad cultum B. M. V. de Guadalupe fovendum, nullatenus fuissent admissa ab Ordinario Ecclesiastico.

Quidam credunt non duo haec testamenta esse, sed unum et idem; verumtamen gravi fundamento probatur esse duo, ut videbitur in 3.<sup>a</sup> Parte hujus dissertationis.

(Videatur Explanatio et Comprobatio historica argumentorum 9 et 10; quae desumuntur ex cultu continuo B. M. V. de Guadalupe, et ex approbatione Episcoporum, tam respectu ipsius cultus, quam etiam respectu veritatis Apparitionis, in 3.<sup>a</sup> Parte hujus Dissertationis.)

#### ARGUMENTUM TERTIUM.

Veritas Apparitionis Guadalupensis probatur ex mappis, et picturis, et piis dramatibus, quibus illa ante oculos ponebatur, et narrabatur.

Anno 1666 (3) typis editum fuit opus Presbyteri Ludovici Becerra Tanco, cui titulus "La felicidad de México, origen milagroso del Santuario de N. Señora de Guadalupe," etc. In eo autem opere (4) asserit praedictus auctor se ipsum apud D. Ferdinandum de Alva, virum antiquitatum nostrarum peritissimum, mappam vi-

(1) In ea editione concionum D. Joseph Uribe, quae facta fuit anno 1821, legitur *Gregorio Morales*; at videtur esse error rem typographiae

(2) Ibid.

(3) Beristain, Biblioteca, art. Becerra D. Luis.

(4) Ubi traditionem Apparitionis probat (Pruébase la tradicion).

disse *insignis antiquitatis* (un mapa de insigne antigüedad), in quo repreäsentabatur miraculosa Apparitio B. M. V., ejusque Imago de Guadalupe; ait: "Estaba figurada la milagrosa Aparicion de Nuestra Señora y su bendita Imagen de Guadalupe." Quae fuerit mappae antiquitas, non determinat auctor; verum illam dicit insignem.

Laurentius Axtlatzontli mappam ipse depinxit in quo Apparitionem Sanctissimae Mariae Virginis de Guadalupe descripsit, juxta illud quod ab ipso Joanne Didaco didicerat. Ita sibi asseruisse praedictum Axtlatzontli, affirmavit interposito jurejurando ejus filia Joanna a Concepcion, quae juridice interrogata anno 1666, cum esset aetatis 85 annorum, juramento interposito de iis testata fuit. Mappa a quibusdam furibus ablata fuit. (1)

Mappam aliam apud se habuisse testatur Boturini (2) in qua depicta erat ipsa Imago B. M. V. de Guadalupe, atque etiam primum ejus templum.

Quot autem extiterint mappae, quibus, sive ipsa Apparitio B. M. V. sive alia cum Apparitione connexa, fuerint depicta, definiri non potest, cum certum sit plura antiquissima ad historiam nostram pertinentia interisse variis de causis, quae mox explicabuntur cum de scriptoribus tractetur. Quae autem mappae sunt memoratae, fidem faciunt de Apparitionis Guadalupensis memoria ab antiquissimis temporibus servata.

Quae autem his historicis documentis fides est habenda? Magna quidem, uti probat P. Florencia, (3) qui refert quam fuerint veridica, etiam ante Evangelium in his partibus praedicatum, quanta etiam posteriori tempore fides ipsis haberetur etiam in juridicis disquisitionibus, unde apparet quam valida ministrarent argumenta ad his-

(1) Florencia, Estrella del Norte de México, cap. XIII, § 1, núm. 110.

(2) Catálogo del Museo indiano. § 31, núm. 2.

(3) Estrella del Norte de México, cap. XV, núm. 193.

testamentum addueunt Gregoriae Mariae, (1) anni 1559, in quo Apparitio asseritur. Mexicane fuit scriptum hoc testamentum, atque ejus hispana transumpta circumferabantur, juxta Alcoser. (2)

Propter antiquitatem, et propter assertionem Guadalupensis Apparitionis maxime intersunt haec documenta; et etiam eo quod nisi vera de Apparitione dixissent, quae in ipsis relinquebantur ad cultum B. M. V. de Guadalupe fovendum, nullatenus fuissent admissa ab Ordinario Ecclesiastico.

Quidam credunt non duo haec testamenta esse, sed unum et idem; verumtamen gravi fundamento probatur esse duo, ut videbitur in 3.<sup>a</sup> Parte hujus dissertationis.

(Videatur Explanatio et Comprobatio historica argumentorum 9 et 10; quae desumuntur ex cultu continuo B. M. V. de Guadalupe, et ex approbatione Episcoporum, tam respectu ipsius cultus, quam etiam respectu veritatis Apparitionis, in 3.<sup>a</sup> Parte hujus Dissertationis.)

#### ARGUMENTUM TERTIUM.

Veritas Apparitionis Guadalupensis probatur ex mappis, et picturis, et piis dramatibus, quibus illa ante oculos ponebatur, et narrabatur.

Anno 1666 (3) typis editum fuit opus Presbyteri Ludovici Becerra Tanco, cui titulus "La felicidad de México, origen milagroso del Santuario de N. Señora de Guadalupe," etc. In eo autem opere (4) asserit praedictus auctor se ipsum apud D. Ferdinandum de Alva, virum antiquitatum nostrarum peritissimum, mappam vi-

(1) In ea editione concionum D. Joseph Uribe, quae facta fuit anno 1821, legitur *Gregorio Morales*; at videtur esse error rem typographiae

(2) Ibid.

(3) Beristain, Biblioteca, art. Becerra D. Luis.

(4) Ubi traditionem Apparitionis probat (Pruébase la tradicion).

disse *insignis antiquitatis* (un mapa de insigne antigüedad), in quo repreäsentabatur miraculosa Apparitio B. M. V., ejusque Imago de Guadalupe; ait: "Estaba figurada la milagrosa Aparicion de Nuestra Señora y su bendita Imagen de Guadalupe." Quae fuerit mappae antiquitas, non determinat auctor; verum illam dicit insignem.

Laurentius Axtlatzontli mappam ipse depinxit in quo Apparitionem Sanctissimae Mariae Virginis de Guadalupe descripsit, juxta illud quod ab ipso Joanne Didaco didicerat. Ita sibi asseruisse praedictum Axtlatzontli, affirmavit interposito jurejurando ejus filia Joanna a Concepcion, quae juridice interrogata anno 1666, cum esset aetatis 85 annorum, juramento interposito de iis testata fuit. Mappa a quibusdam furibus ablata fuit. (1)

Mappam aliam apud se habuisse testatur Boturini (2) in qua depicta erat ipsa Imago B. M. V. de Guadalupe, atque etiam primum ejus templum.

Quot autem extiterint mappae, quibus, sive ipsa Apparitio B. M. V. sive alia cum Apparitione connexa, fuerint depicta, definiri non potest, cum certum sit plura antiquissima ad historiam nostram pertinentia interisse variis de causis, quae mox explicabuntur cum de scriptoribus tractetur. Quae autem mappae sunt memoratae, fidem faciunt de Apparitionis Guadalupensis memoria ab antiquissimis temporibus servata.

Quae autem his historicis documentis fides est habenda? Magna quidem, uti probat P. Florencia, (3) qui refert quam fuerint veridica, etiam ante Evangelium in his partibus praedicatum, quanta etiam posteriori tempore fides ipsis haberetur etiam in juridicis disquisitionibus, unde apparet quam valida ministrarent argumenta ad his-

(1) Florencia, Estrella del Norte de México, cap. XIII, § 1, núm. 110.

(2) Catálogo del Museo indiano. § 31, núm. 2.

(3) Estrella del Norte de México, cap. XV, núm. 193.

torica facta stabilienda, quae ad pietatem pertinent: ait P. Florencia: "Estos (mapas) eran entre los naturales de tanta autoridad, como los procesos autorizados y signados de nuestros escribanos.... hasta el dia de hoy tienen mucho valimiento en los juzgados.... no solo cuando litigan (los indios) entre si, sino cuando contestan con los españoles;" et ait: "Hoy se (les) debe dar el mismo crédito (id est, como á los procesos autorizados y signados de escribano) en lo que queda en la esfera de la historia." (1)

Ita a peritissimis viris veracitas mexicanorum in scribenda historia cognita est, ut non modo maxime habeant antiqua historica illorum documenta, verum etiam, quod ad rem attinet, Laurentius Boturini, antiquitatum nostrarum peritissimus, cum Historiam B. M. V. de Guadalupe scribere incepisset, primum ejus fundamentum desumpsit, ut ipse asserit, "*Ab Elegantia et Fide Historiae Indicæ:*" quae historia in quatuor constabat, scilicet, in canticis, in hieroglyphicis et figuris, etc. (ecce mappas,) in manuscriptis, et in funibus. (2)

De quibusdam antiquis picturis modo dicendum erit. Afferit ergo Boturini (3) apud se habuisse quamdam picturam, quae Joannem Didacum reprezentabat flexis genibus, et versus Tepeyacatl aspiciens (ubi illi B. M. V. apparuit), atque ad latus habens puteum (ad quem tandem die 12 Decembris ipsa piissima Virgo illi se videntem obtulit) Hanc picturam in Tlaxcallan invenit praedictus Boturini: Fortasse haec pictura illa est, quam in Tlaxcallan e Tepeyaquensi Templo duxit quidam Sacerdos, juxta D. Cayetanum Cabrera. (4) Atque ut no-

(1) Florencia, loc. cit.

(2) Catálogo del Museo Indiano, § 36, núm. 14.

(3) Catálogo del Museo Indiano, § 36, núm. 11.

(4) Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. XV, núm.

680.

tare facile est, si haec pictura, ad Tepeyacatl permanentes, argumentum fuit approbatae Apparitionis ab Ordinariis Ecclesiasticis Mexicanis, ad Tlaxcallan translatæ, eamdem ostendit approbationem ex parte Ordinariorum Angelopolitanorum.

Alia extitit pictura in Tepeyaquensi Templo: in ea solemnis prima processio reprezentabatur, qua Rmus Zumarraga Sanctam Imaginem de Guadalupe ex urbe Mexici ad primum Tepeyaquense Templum deduxit, comitate Rmo. Episcopo Fuenleal, etc; atque etiam reprezentabatur miraculum resurrectionis ejusdem indi, qui casu tunc mortuus fuit (quoniam etiam militari belli simulatione illa translatio fuit celebrata), et coram B. M. V. de Guadalupe positus, et Deipara exorata, in vitam rediit. (1) Inscriptio hispana huic picturæ apposita erat, et etiam inscriptio mexicana, quae juxta Veitia, ut ipse Muñoz fatetur, (2) antiquior erat. Et etiamsi infra picturam esset scriptum; "A devocion de Diego de la Concepcion y de Joseph Ferrer año de 1653," hoc ut recentius positum habetur: atque Carrillo y Pérez Picturam factam fuisse credit ante annum. 1622. (3)

Alia adhuc extitit in Tepeyaquensi templo pictura, processionem poenitentium reprezentans, quae non alia erit nisi illa, qua anno 1576 ad ipsum Templum, B.

(1) V. Carrillo y Pérez, Pensil Americano, etc. Disert sobre la Historia Guadalupana, núm. 104.—Cabrera Quintero, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. XVII, núm. 701, et sequentibus.—Guridi Alcoser, Apología de la Aparicion, etc., cap. XV, § I, ubi de instrumentis. II autores de hac pictura quasi adhuc suo tempore existente testimonium praebent.—Tornel, La Aparicion, etc., tom. I, cap. IX, núm. 141.

(2) Memoria sobre las Apariciones y culto de N. Señora de Guadalupe, núm. 21.

(3) Ubi supra.

M. V. de Guadalupe pro pestis cessatione deprecatur, iverunt plurimi fideles. (1)

Nullatenus dubitandum, quod si Apparitio B. M. V. de Guadalupe vera non esset, hujusmodi picturas non habitas fuisse, cum jam in primo Concilio Mexicano testimonium habeatur de Pastorum sollicitudine in tollendo depictas historias, quae verae non essent, et imagines apocryphas. (2)

De alia pictura, in Tepeyacensi templo adhuc suo tempore existente, notitiam dat P. Florencia: (3) in ea miraculum reprezentabatur, quo Deipara sub advocacione de Guadalupe invocata, incolumem servavit juvenem quemdam, qui ab equo raptatus fuit pene per spatum dimidiae leucae. Hoc miraculum refertur etiam in Narratione mexicana Apparitionis, quam typis edidit D. Ludovicus Laso de la Vega anno 1649, (4) ubi post historiam Apparitionum, miracula narrat. Haec autem pars, ubi miracula narrantur, scribi finita est anno 1622, id est, ut in ipsa, ad finem, constant, 74 annis post mortem Joannis Didaci, quae accedit anno 1548; unde conjici potest, quae fuerit picturae hujus antiquitas.

(1) Cabrera Quintero, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. XVII, núm. 702.—Hic auctor de hac pictura quasi adhuc suo tempore existente testimonium praebat.—Carrillo y Pérez, Pensil Americano, etc. Disertacion sobre la Historia Guadalupana, núm. 104.—Guridi Alcoser, Apología de la Aparicion, cap XV, § 1 ubi de instrumentis.

(2) Ita Concilium decrevit, cap. XXXIV. "Mandamos á los nuestros Visitadores, que en las Iglesias, y lugares píos, que visitaren, vean, y examinen bien las Historias, é Imágenes, que están pintadas hasta aquí, y las que hallaren apócrifas, las hagan quitar."

(3) La Estrella del Norte de México, cap. 19, núm. 232 et 233.

(4) Extat haec Narratio in Bibliotheca publica Guadalaxrensi.

Non de omnibus picturis notitiam dare erit possibile. Generaliter dicendum depictas Apparitionum representationes quam plurimum inter nos, et abundavisse, et abundare, sive in Templis, sive in fidelium domibus: quis illas numerare posset? Hae magnam vim habent ad probandam Apparitionum Guadalupensium veritatem, tum quia ab omnibus, etiam a sapientissimis viris, constanter admissam ostendunt, tum etiam eo quod assensum et auctoritatem Mexicanorum Episcoporum in ejusdem veritatis confirmationem demonstrant; scientibus enim Episcopis, et consentientibus, Apparitiones depictae a fidelibus asservantur, atque etiam in templis publice et perpetuo cunctorum oculis; et venerationi propositae conspiciuntur.

Pia dramata quibus res sacrae coram astantium multitudine reprezentantur, olim in usu fuere apud nos magna intuentum aedificatione; qui usus etiam his temporibus nondum penitus obsolevit. In illis etiam B. M. V. de Guadalupe Apparitiones fuisse enarratas, atque ante oculos propositas prorsus indubium est; unde magni roboris argumentum ad Apparitionum veritatem ostendendam exurgit, quoniam nullo contradicente, et quam plurimis, etiam viris sapientibus, videntibus, et scientibus Pastoribus, Apparitiones in illis fuerunt enarratae, et reprezentatae.

De aliquibus piis dramatibus Apparitiones represtantibus mentio fiet; quoniam de his non ita ut oporteret curarunt antores.

Anno 1634, cum cessante urbis Mexici inundatione, inde ad Tepeyacatl Sacra Imago B. M. V. de Guadalupe solemnissima processione translata fuit, inter alia, quae ad augendam solemnitatem contulerunt, pia dramata (colloquios) recensentur, quibus publice in ipsa urbe historia Apparitionis fuit enarrata, et reprezentata, uti asserunt,

Cabrera Quintero, (1) Carrillo y Pérez, (2) et Muñoz. (3) Processioni adfuere Mexicanus Archipraesul, et Clerus saecularis et regularis, et civiles Magistratus, et populus innumerabilis; unde planum est nullatenus pia illa drama fuisse permissa nisi vera narrassent.

Juxta Beristain (4) etiam recitatio et repraesentatio in laudem B. M. V. de Guadalupe in Tepeyacatl habita fuit cum solemniter in novo templo collocata fuit Imago Guadalupensis die 2 Februarii anni 1667. Hoc factum esse censendum est cum perfectum fuit templum, quod in summitate Tepeyacatl aedificatum fuit sub Archipraesule Mexicano Rmo. D. Fr. Marco Ramirez, ut dicetur cum de cultu tractetur. Quod autem fuit tunc recitatum et repraesentatum drama, etiam fuit typis editum, uti asserit Beristain. (5)

In civitate cui nomen Queretaro, anno 1680 solemni processione e parochiali Ecclesia in magnificum Templum Guadalupense jam perfectum, delatum fuit Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, et etiam Imago B. M. V. de Guadalupe. Processioni adfuere, universus Clerus saecularis et regularis, et fratres tertii ordinis Sancti Francisci, et omnes confraternitatis, et civiles Magistratus, et populus innumerus. Sistente autem processione, in monte artificiali in platea civitatis praeparato, tot spectabilium virorum oculis, et universo populo aspiciente, repraesentata fuit Apparitio B. M. V. pio neophyto Joanni Didaco. (6) Quis erederet alia nisi vera in illo casu potuisse omnium oculis proponi?

(1) Escudo de Armas de Mexico. lib. 3., cap. 18, n<sup>o</sup> 715 et seq.

(2) Pensil Americano, etc., cap 4, § 4, n<sup>o</sup> 47 et seq.

(3) Memoria sobre la Aparicion y el culto de N. Señora de Guadalupe de Mexico, n<sup>o</sup> 24. Dramata illius temporis ibi memorantur.

(4) Bibliot. art. Medina Solis D. Antonio.

(5) Ibid.

(6) V. Sigüenza, Las Glorias de Querétaro, cap. 4 et 5.

Constat praeter relata, typis edita esse eadem de re, vel manuscripta alia pia dramata. Presbyter D. Joseph Antonius Perez Fuente de Apparitione drama scripsit mexicanis versibus, initio saeculi XVIII. (1)

Fr. Rochus Velujo de eadem re aliud drama script. ¿Quo tempore? non exprimit bibliographus. (2)

Aliud drama composuit D. Joseph Beltran, probabili vel desinente proxime acto saeculo, vel initio hujus saeculi. Hoc drama fuit typis editum. (3)

Nihil dubium quod predicta dramata repraesentabantur, quoniam eo fine elaborabantur Repraesentationes illorum, nullo contradicente, veritatem Apparitionum ab omnibus admissam demonstrant. Pastorum assensus plane constat, quoniam etiam typis edi de ea re dramata sua licentia approbarunt. Atque idem probant etiam dramata quae permanerunt manuscripta, eo quod nisi vera narrassent, prohibita fuissent; cum illis temporibus in his omnibus auctorati Pastorum obtemperabatur omnimode.

Quot autem vicibus Apparitiones B. M. V. de Guadalupe sint repraesentatae definiri non potest.

#### ARGUMENTUM QUARTUM.

*Ex Annalibus publicorum eventuum, in quibus de Guadaluensi Apparitione mentio habetur, ipsa Apparitio probatur.*

In bibliotheca Mexicanae Universitatis Annales servabantur tlaxcallenses, quibus hoc mexicanum antescrīptum: *Ixlamatque tlaxcalteca*, id est, *Sapientes vel Prudentes*.

(1) Beristain, Bibliot. art. Fuente D. José Antonio Pérez-Boturini, Catalogo del Museo Indiano, § XXIV, n<sup>o</sup> 5 et § XXXV, n<sup>o</sup> 8.

(2) Beristain, Bibliot. art. Velujo Fr. Roque.

(3) Beristain, Bibliot. art. Beltran D. Jose.

Cabrera Quintero, (1) Carrillo y Pérez, (2) et Muñoz. (3) Processioni adfuere Mexicanus Archipraesul, et Clerus saecularis et regularis, et civiles Magistratus, et populus innumerabilis; unde planum est nullatenus pia illa drama fuisse permissa nisi vera narrassent.

Juxta Beristain (4) etiam recitatio et repraesentatio in laudem B. M. V. de Guadalupe in Tepeyacatl habita fuit cum solemniter in novo templo collocata fuit Imago Guadalupensis die 2 Februarii anni 1667. Hoc factum esse censendum est cum perfectum fuit templum, quod in summitate Tepeyacatl aedificatum fuit sub Archipraesule Mexicano Rmo. D. Fr. Marco Ramirez, ut dicetur cum de cultu tractetur. Quod autem fuit tunc recitatum et repraesentatum drama, etiam fuit typis editum, uti asserit Beristain. (5)

In civitate cui nomen Queretaro, anno 1680 solemni processione e parochiali Ecclesia in magnificum Templum Guadalupense jam perfectum, delatum fuit Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, et etiam Imago B. M. V. de Guadalupe. Processioni adfuere, universus Clerus saecularis et regularis, et fratres tertii ordinis Sancti Francisci, et omnes confraternitates, et civiles Magistratus, et populus innumerus. Sistente autem processione, in monte artificiali in platea civitatis praeparato, tot spectabilium virorum oculis, et universo populo aspiciente, repraesentata fuit Apparitio B. M. V. pio neophyto Joanni Didaco. (6) Quis erederet alia nisi vera in illo casu potuisse omnium oculis proponi?

(1) Escudo de Armas de Mexico. lib. 3., cap. 18, n<sup>o</sup> 715 et seq.

(2) Pensil Americano, etc., cap 4, § 4, n<sup>o</sup> 47 et seq.

(3) Memoria sobre la Aparicion y el culto de N. Señora de Guadalupe de Mexico, n<sup>o</sup> 24. Dramata illius temporis ibi memorantur.

(4) Bibliot. art. Medina Solis D. Antonio.

(5) Ibid.

(6) V. Sigüenza, Las Glorias de Querétaro, cap. 4 et 5.

Constat praeter relata, typis edita esse eadem de re, vel manuscripta alia pia dramata. Presbyter D. Joseph Antonius Perez Fuente de Apparitione drama scripsit mexicanis versibus, initio saeculi XVIII. (1)

Fr. Rochus Velujo de eadem re aliud drama script. ¿Quo tempore? non exprimit bibliographus. (2)

Aliud drama composuit D. Joseph Beltran, probabili vel desinente proxime acto saeculo, vel initio hujus saeculi. Hoc drama fuit typis editum. (3)

Nihil dubium quod predicta dramata repraesentabantur, quoniam eo fine elaborabantur Repraesentationes illorum, nullo contradicente, veritatem Apparitionum ab omnibus admissam demonstrant. Pastorum assensus plane constat, quoniam etiam typis edi de ea re dramata sua licentia approbarunt. Atque idem probant etiam dramata quae permanerunt manuscripta, eo quod nisi vera narrassent, prohibita fuissent; cum illis temporibus in his omnibus auctorati Pastorum obtemperabatur omnimode.

Quot autem vicibus Apparitiones B. M. V. de Guadalupe sint repraesentatae definiri non potest.

#### ARGUMENTUM QUARTUM.

*Ex Annalibus publicorum eventuum, in quibus de Guadaluensi Apparitione mentio habetur, ipsa Apparitio probatur.*

In bibliotheca Mexicanae Universitatis Annales servabantur tlaxcallenses, quibus hoc mexicanum antescrīptum: *Ixlamatque tlaxcalteca*, id est, *Sapientes vel Prudentes*.

(1) Beristain, Bibliot. art. Fuente D. José Antonio Pérez-Boturini, Catalogo del Museo Indiano, § XXIV, n<sup>o</sup> 5 et § XXXV, n<sup>o</sup> 8.

(2) Beristain, Bibliot. art. Velujo Fr. Roque.

(3) Beristain, Bibliot. art. Beltran D. Jose.

*tes tlaxcallenses.* Illos vidisse magni aestimavit Bartolache, (1) atque ipsorum existentiam ab Universitatis Secretario certam de jure sibi fieri curavit. De eisdem etiam Oquendo, (2) et Tornel. (3) Eventus in illis narrantur ab anno 1454 usque ad annum 1737: atque bis de B. M. V. Joanni Didaco Apparitione brevissimum exhibetur testimonium, scilicet ad annum 1531, et ad annum 1548, quo Joannes Didacus mortuus est. Haec testimonia infra legantur. Animadvertisendum hujus generis Annales ab aliis incipi scribi, et ab aliis continuari successive, unde primi scriptores antiqui sunt.

In Bibliotheca Ecclesiae Metropolitanae Mexicanae etiam Annales tlaxcallenses extitere, (4) in quibus bis etiam, et ad eosdem annos, brevissima dantur testimonia de Guadalupensi Apparitione. Horum Annalium de Mexicano sermone ad Hispanum versio in *Musaeo Mexicano* asservatur, in manuscriptu volumine, in quo alia plura ad res nostras pertinentia continentur. Praedictam versionem ipse vidi, atque etiam textus mexicanos B. M. V. Apparitionem testantes.

Primo intuitu hi Annales illos ipsos esse putaretur de quibus Bartolache, et Oquendo, et Tornel; at vero duos et a se invicem distinctos Annales esse demonstratum videatur in praedicto *Mexicani Musaei* manuscripto volumine his praecipue rationibus: Annales de quibus Bartolache, eventus narrant ab anno 1454 usque ad annum 1737; qui in Cathedrali Mexicana, perveniant usque ad annum 1739; et etiamsi eventus narrent anno 1519 antiquiores,

(1) Ita refert Oquendo, Disertacion histórica sobre la Aparicion de la potentosa imagen de Maria Santísima de Guadalupe, tom. 2, cap. VI, § 5.

(2) Ibid.

(3) La Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe de México, tomo 1º, cap. 6, núm. 104 et sequentibus.

(4) Utrum hodie existant, nescio.

non tamen in illis annos determinant; sed haec annorum determinatio incipit fieri ipso anno 1519: et licet utriusque Annales eadem de B. M. V. Apparitione narrant, at non eisdem omnino verbis illud referunt. Et etiam differunt eo quod aliquid aliud addant vel omittant. Quae omnia ostendunt revera duos esse Annales ab invicem distinctos: et hoc maxime patet ex comparatione utrisque textus mexicani: En textus:

#### TEXTUS UNIVERSITATIS.

Acaxiuitl 1531. Otlalmanque in caxtilteca in Cuitlaxcoapa Ciudad de los Angeles in Juan Diego o-quimo tenextilli in tlazo Cihuapilli de Guadalupe Mexico motocayotia Tepeyacac.

Tecxiu 1548 Omomiquili Juan Diego, yn oquimo nextilli y (1) Tlazo cilinapilli Guadalupe Mexico. Otecihui lo iztac tepetl.

Utriusque mexicani textus haec est versio latina; in qua alio litterae charactere notantur verba distincta in utroque textu, et etiam addita.

#### TEXTUS UNIVERSITATIS VERSIO.

Annus calami 1531. Castellani possederunt Cuitlaxcoapa civitatem Angelorum Joanni Didaco a paruit chara Domina de Guadalupe Mexici (ubi) dicitur Tepeyacac.

(1) Legendum videtur yn cum significatione velut articuli hispani *la*.

#### TEXTUS CATHEDRALIS.

1531. Otlalmanque in quixtianotzin Cuetlaxcoapan Ciudad de los Angeles. Zano ipan inin xihuitl in Juan Diego oquimo tenextilli in tlazonantzin Cihuapilli Guadalupe Mexico.

1548. Omomiquili in Juan Diego oquimonextiliztino in in Tlazo Cihuapilli Guadalupe Mexico.

#### TEXTUS CATHEDRALIS VERSIO.

1531. Christiani posse derunt Cuetlaxcoapan Civitatem Angelorum. Etiam anno Joanni Didaco apparuit Chara Mater Domina Guadalupe Mexici.

Silicis annus 1543. Mortuus est Joannes Didacus, cui apparuit chara Domina Guadalupe Mexici. Grando cecidit super montem album.

Hinc apparet utrosque Annales Apparitionem Guadalupensem bis narrare; sed non omnino eisdem uti verbis, necnon aliquam circumstantiam hos Annales narrare non illos, uti est, *ubi dicitur Tepeyacac*; atque etiam aliquid aliud eventum, uti est, *Grando cecidit super montem album*. His perpensis, et rationibus ante adductis, atque etiam propter diversum usum verbi mexicanii, nihil dubitandum videtur quod Annales, qui in Cathedrali, alii sunt ab illis, qui in Universitate.

P. Franciseus Florencia, e Societate Jesu, notitiam affert (2) cuiusdam manuscripti in forma annalium, in quo eventus narrabantur, ab origine incolarum, qui apud nos dicuntur *Colhuas et Toltecas*, usque ad annum 1642, quodque apud se habebat P. Jesuita Balthazar Gonzalez, qui propter eruditio[n]em in Mexicano Sermone, Mexicanus Cicero merito dictus fuit. In hoc manuscripto Apparitio Guadalupensis Virginis narratur eo anno quo revera accidit.

Oquendo judice, (3) hi Annales illi ipsi sunt dicendi de quibus Bartolache, nec obstat inquit, illos usque ad annum 1642 eventus enarrare, non ita illi de quibus Bartolache, eo quod ab aliis potuerunt continuari. Hoc quidem ita fieri potuit: de cetero autem nullum aliud exhibet praedictus auctor suae opinionis fundamentum

(1) Ita vertitur eo quod in his Annalibus Cathedralis verbum mexicanum habetur causale applicativum reverentiale; in illis autem Universitatis verbum mexicanum est tantummodo causale applicativum.

(2) La Estrella del Norte de México, cap. 16, n.º 200.

(3) Disertacion histórica sobre la Aparición, etc., tom. 2 cap. VI, § 5, n.º 421 et seq.

1548. Mortuus est Joannes Didaeus cui apparere dignata est (1) chara Domina Guadalupe Mexici.

nisi quod in manuscripto de quo P. Florencia, eventus per modum annalium referuntur, atque ita etiam in eo de quo Bartolache: quod quidem fundamentum nullum est; nam identitas vel distinctio duorum Annalium per ipsorum comparationem debuit comprobari, sicut per praedictam comparationem probatum est Annales, qui in Mexicanae Cathedralis Bibliotheca, alias esse ab illis, qui in Bibliotheca Universitatis.

Prae oculis non habeo Annales de quibus P. Florencia, eaque propter praedictam comparationem facere non possum; verum ex iis, quae de illis dicit ipse Florencia, videtur eos Annales alias esse ab illis, qui in Cathedrali Mexicana, et ab illis, de quibus Bartolache. Indicat enim P. Florencia in Annalibus de quibus ipse, colloquia B. V. cum Joanne Didaco contineri, quae non habentur in Annalibus Cathedralis, et Universitatis. Ait insuper P. Florencia Annales, de quibus ipse, eventus narrare annos et menses designando: in Annalibus vero Cathedralis anni tantum designantur, et similiter in Annalibus Universitatis, uti apparet ex illorum textibus adductis.

Fortase tres erunt hi Annales, scilicet: qui a Florencia laudantur, qui in bibliotheca Universitatis, et qui in bibliotheca Cathedralis Mexicanae.

Laurentius Boturini (1) apud se habuisse asserit tria manuscripta mexicana de his quae ad Mexicanum Imperium attinent, in quibus omnibus Guadalupensis B. M. V. Apparitio breviter narrabatur. Illorum antiquitatem se probaturum asserit praedictus Boturini.

Notum omnibus est D. Laurentium Boturini, sumptibus, et indefesso labore, plura valde aestimabilia ad res mexicanas pertinentia concessisse, quorum collectionem *Museum Indianum* nuncupavit.

At nunquid tria haec manuscripta, quae apud se ha-

(1) Catálogo del Museo Indiano, § XXXV, n.º 2, 3.

buit Boturini, aut aliqua illorum, ea ipsa erunt, de quibus ante dictum est? Quaestio haec per illorum comparationem solvi posset.

His addenda quaedam de rebus historicis manuscripta, in forma juridica, utriusque Juris textibus comprobata, quae B. M. V. de Guadalupe dicavit D. Augustinus Franco de Toledo, qui Mexici sedebat in Regio causarum Auditorio (hispane Oidor de la Real Audiencia de Mexico). Haec apud se habuit Laurentius Boturini. (1)

#### ARGUMENTUM QUINTUM.

*Veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe comprobatur ex illius historica, et antiquissima Narratione mexicano sermone.*

De existentia eujusdam antiquissimae Narrationis historicae Guadalupensis Apparitionum mexicane scriptae constat apud auctores, sive recentiores sint, sive antiqui. De ea meminerunt Tornel, (2) Guridi Alcoser, (3) Beristain, (4) Eguíara, (5) Oquendo, (6) Carrillo y Perez, (7) Uribe, (8) Cabrera Quintero, (9) Florencia, (10) Becerra Tanco, (11) Sigüenza, (12) et alii.

(1) Catálogo del Museo Indiano, § 35, núm. 10.—Beristain Bibliot. art. *Franco de Toledo*.

(2) La Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe, tom. 1, cap. 6.

(3) Apologia de la Aparicion, etc. cap. 15, ubi de scriptoribus.

(4) Bibliot. Hispan. Amer. art. Valeriano D. Antonio.

(5) Bibliot. Mexic. art. Antonius Valerianus.

(6) Disert. sobre la Aparicion, etc.: tom. 2, cap. 6, § 6.

(7) Pensil Americano etc. Dissert. in fine operis, punto 5, núm. 45.

(8) Sermon 3º de N. Señora de Guadalupe, pág. 82 in editione anni 1821.

(9) Escudo de Armas de México, lib. 3 cap. 14.

(10) Estrella del Norte de México, cap. XIII, §§ 8, 9, et 10.

(11) Felicidad de México en la admirable etc., Pruébase la tradicion. Insertum habetur hoc opus in tom. 1 operis cui titulus, Colección de obras y opúsculos pertenecientes á la Aparicion, etc.

(12) Verba ejus infra legantur.

Hanc Narrationem apud se habuit D. Ferdinandus Alva Ixtlixochitl, rerum nostrarum peritissimus: fuit deinde apud D. Carolum Sigüenza, Presbyterum, uti in aliis, etiam in mexicanis antiquitatibus eruditissimus. Utrumque constat ex verbis ipsius Caroli Sigüenza, quae ad litteram adducunt Cabrera, (1) et alii.

Eminentissimus Lorenzana, dum Mexicanam rexit Archidioecesim, injunxit D. Carolo Tapia Centeno ut hispane verteret praedictam Mexicanam Narrationem. (2) D. Uribe (3) de existentia Mexicanae Narrationis Apparitionis Guadalupensis in Mexicea Universitate fidem facit.

Occasione hujus dissertationis quae sita est Apparitionis manuscripta Narratio Mexicana in Bibliotheca Mexicana, nec inventa est. Non mirum, quoniam multa valde aestimabilia fuerunt amissa in perturbatione rerum Ecclesiae, annis 1861, 62 et 63, causa spoliationis bibliothecarum ecclesiasticarum, dum libri ad eformandas publicas bibliothecas e suis locis moti fuere.

Quae antiquitas Narrationis Mexicanae Guadalupensis Apparitionis? Maxima quidem; quod facillime probatur; nam eruditissimus D. Ferdinandus de Alva, qui de Apparitione scripsit ante annum 1606 vel 1616, ut postea dicetur, (4) antiquissima asserit esse manuscripta mexicana ad quae refertur; (5) tunc autem, scilicet anno 1606 vel 1616, tantummodo 75 vel 85 anni elapsi fuerant post Apparitionem. Quae autem 75 vel 85 annis post Apparitionem jam antiquissima (muy antiguos) erant manus-

(1) Cabrera opere et loco ante cit. núm. 663.

(2) Beristain, Bibliot. art. Valeriano D. Antonio.

(3) Ubi supra.

(4) In 3ª Parte hujus Dissert in Comprob. et Explan histor. Argument. sexti.

(5) Florencia Estrella del Norte de México, cap. 13, § 8, núm. 160.

buit Boturini, aut aliqua illorum, ea ipsa erunt, de quibus ante dictum est? Quaestio haec per illorum comparationem solvi posset.

His addenda quaedam de rebus historicis manuscripta, in forma juridica, utriusque Juris textibus comprobata, quae B. M. V. de Guadalupe dicavit D. Augustinus Franco de Toledo, qui Mexici sedebat in Regio causarum Auditorio (hispane Oidor de la Real Audiencia de Mexico). Haec apud se habuit Laurentius Boturini. (1)

#### ARGUMENTUM QUINTUM.

*Veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe comprobatur ex illius historica, et antiquissima Narratione mexicano sermone.*

De existentia eujusdam antiquissimae Narrationis historicae Guadalupensis Apparitionum mexicane scriptae constat apud auctores, sive recentiores sint, sive antiqui. De ea meminerunt Tornel, (2) Guridi Alcoser, (3) Beristain, (4) Eguíara, (5) Oquendo, (6) Carrillo y Perez, (7) Uribe, (8) Cabrera Quintero, (9) Florencia, (10) Becerra Tanco, (11) Sigüenza, (12) et alii.

(1) Catálogo del Museo Indiano, § 35, núm. 10.—Beristain Bibliot. art. *Franco de Toledo*.

(2) La Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe, tom. 1, cap. 6.

(3) Apologia de la Aparicion, etc. cap. 15, ubi de scriptoribus.

(4) Bibliot. Hispan. Amer. art. Valeriano D. Antonio.

(5) Bibliot. Mexic. art. Antonius Valerianus.

(6) Disert. sobre la Aparicion, etc.: tom. 2, cap. 6, § 6.

(7) Pensil Americano etc. Dissert. in fine operis, punto 5, núm. 45.

(8) Sermon 3º de N. Señora de Guadalupe, pág. 82 in editione anni 1821.

(9) Escudo de Armas de México, lib. 3 cap. 14.

(10) Estrella del Norte de México, cap. XIII, §§ 8, 9, et 10.

(11) Felicidad de México en la admirable etc., Pruébase la tradicion. Insertum habetur hoc opus in tom. 1 operis cui titulus, Colección de obras y opúsculos pertenecientes á la Aparicion, etc.

(12) Verba ejus infra legantur.

Hanc Narrationem apud se habuit D. Ferdinandus Alva Ixtlixochitl, rerum nostrarum peritissimus: fuit deinde apud D. Carolum Sigüenza, Presbyterum, uti in aliis, etiam in mexicanis antiquitatibus eruditissimus. Utrumque constat ex verbis ipsius Caroli Sigüenza, quae ad litteram adducunt Cabrera, (1) et alii.

Eminentissimus Lorenzana, dum Mexicanam rexit Archidioecesim, injunxit D. Carolo Tapia Centeno ut hispane verteret praedictam Mexicanam Narrationem. (2) D. Uribe (3) de existentia Mexicanae Narrationis Apparitionis Guadalupensis in Mexicea Universitate fidem facit.

Occasione hujus dissertationis quae sita est Apparitionis manuscripta Narratio Mexicana in Bibliotheca Mexicana, nec inventa est. Non mirum, quoniam multa valde aestimabilia fuerunt amissa in perturbatione rerum Ecclesiae, annis 1861, 62 et 63, causa spoliationis bibliothecarum ecclesiasticarum, dum libri ad eformandas publicas bibliothecas e suis locis moti fuere.

Quae antiquitas Narrationis Mexicanae Guadalupensis Apparitionis? Maxima quidem; quod facillime probatur; nam eruditissimus D. Ferdinandus de Alva, qui de Apparitione scripsit ante annum 1606 vel 1616, ut postea dicetur, (4) antiquissima asserit esse manuscripta mexicana ad quae refertur; (5) tunc autem, scilicet anno 1606 vel 1616, tantummodo 75 vel 85 anni elapsi fuerant post Apparitionem. Quae autem 75 vel 85 annis post Apparitionem jam antiquissima (muy antiguos) erant manus-

(1) Cabrera opere et loco ante cit. núm. 663.

(2) Beristain, Bibliot. art. Valeriano D. Antonio.

(3) Ubi supra.

(4) In 3ª Parte hujus Dissert in Comprob. et Explan histor. Argument. sexti.

(5) Florencia Estrella del Norte de México, cap. 13, § 8, núm. 160.

cripta, manifestum est plurimum ad tempus Apparitionis accedere. D. Uribe (1) probat insuper antiquitatem Narrationis Mexicanae manuscriptae, tunc existente in Mexicea Universitate, eamque non multo tempore post Apparitionem scriptam fuisse, tum ex ipsa litterae qualitate, tum etiam ex materia qua constat papyrus in quo scripta erat; quae materia [masa de maguey] ea ipsa erat, qua indi utebantur ante hispanorum adventum; eadem proinde, quae adhuc in usu fuit temporibus proxime sequentibus Mexici ab hispanis expugnationem, post quam expugnationem, decem transactis annis, contigit Apparitio.

Quis auctor hujus Narrationis? Betancurt (2) auctorem credidit Fr. Hieronimum Mendieta. Alii auctorem dicunt Fr. Turibium Motolinia. (3) Alii (4) Fr. Franciscum Gomez, qui antequam in Religione profiteretur, a Secretis fuit Rmo. Zumarraga. Hi tres viri franciscani fuere. Narratio autem favet eos, qui praedictos adducunt ut ejus auctores, dum ita de religione Sancti Francisci loquitur, ut de illa loqui decet franciscanum. D. Carolus Sigüenza, qui praedictam Narrationem apud se habuit, auctorem ejus asserit Valerianum: en ejus verba, quae ad litteram adducunt, Oquendo, (5) Cabrera (6) et alii: "Digo y juro que esta Relacion hallé entre los papeles de D. Fernando de Alya, que tengo todos, y que es la misma que afirma vió el licenciado Luis de Becerra. El

(1) Sermon 3.<sup>o</sup> de Ntra. Señora de Guadalupe supra cit.

(2) V. Florencia, Estrella del Norte de México, cap. XIII, § 8, númer. 162.

(3) Ita refert Carrillo y Pérez in Dissert in fine Operis, cui titulus Pensil Americano, Punto 5, númer. 45.

(4) V. Carrillo y Pérez, loco cit.

(5) Disser. hist. sobre la Aparicion, etc., tomo. 2, cap. VI, § 6, númer. 429.

(6) Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. XIV, númer. 663.

original en Mexicano está de letra de D. Antonio Valeriano, indio, que es su verdadero author, y al fin añadios algunos milagros de letra de D. Fernando, tambien en Mexicano." Cabrera (1) viam medianam indicat, scilicet, quod Fr. Franciscus Gomez Narrationem hispane scripserit, Valerianus vero illam mexicane verterit.

Ex his omnibus, qui antiquissimae Mexicanae Narrationis Apparitionis autores dicuntur, recentior est Fr. Hieronimus Mendieta, qui Mexicum advenit anno 1554, (2) id est, 23 annis post Apparitionem. Nam Fr. Turibius Motolinia advenit simul cum aliis misionariis franciscanis anno 1524. (3) Fr. Franciscum Gomez, adhuc juvenem, secum adduxit Rmus. D. Fr. Joannes Zumarraga cum e Hispania redivit anno 1533, duobus annis post Apparitionem: illum deinde Sacerdotem ordinavit; fuitque Antistiti a Secretis octo annis; ac tandem post aliquot annos in Religione Sancti Francisci professus est. (4) Valerianus, denique, ut ratiocinatur D. Uribe, (5) vel natus est ante annum Apparitionis, vel non multo post, cum ante annum 1570 gubernator indorum Mexici fuerit constitutus, quod munus hominem, praeter alia, etiam matura aetate tunc maxime deposcebat, et ideo credendum illum quadraginta circiter aetatis annos tunc habuisse.

Quam sit fide digna antiquissima Narratio mexicana Apparitionum Guadalupensium patet 1.<sup>o</sup> ex eo quod

(1) Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 14, númer. 663 et seq.

(2) Florencia, Estrella del Norte de México, cap. XIII, § 8, númer. 162.—Torquemada Monar Ind. lib. 20, cap. 73.

(3) Torquemada ib. lib. 15, cap. 10 et cap. 9.

(4) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. XIV, númer. 664.—Torquemada Monarq. Ind. lib. 20, cap. 70.

(5) Disser. hist. crit. sobre la Aparicion, § 9, pág. 206 in Edit, anni 1821

consona est et annalibus, et mappis, et hymnis mexicanis antiquissimis, et dramatibus quibus Apparitio enarrata, et celebrata fuit: 2.º ex consensu omnium auctorum, qui omnes illam veracem agnoscunt; 3.º ex ipso ejus stylo, qui simplicitatem et fidelitatem prae se fert, ita ut quamvis valde mirabilia narret, nihil eloquenter exornat, nihil extollit, sed quae facta sunt simpliciter enarrat, ut Christus per Mariam Virginem glorificetur, et ut honoretur, ipsa B. V. uti notat Cabrera (1) post Florenciam; 4.º ex eo quod non attribuitur nisi auctori et scientia, et pietate fide digne: nam franciscani, quibus aliqui auctores illam attribuunt, eruditi fuere, et virtutibus praeclarri; (2) et inter eos, Fr. Franciscus Gomez a Secretis fuit Rmo. Zumarraga, (3) a quo procul dubio Apparitionis narrationem audivit: Valerianus vero et scientiam, et pietatem a primis annis ebilit a franciscanis in utraque conspicuis, in collegio Sanctae Crucis ad Tlaltelolco, atque vir fuit eruditus, et integerrimus. (4) Tandem haec antiquissima Narratio Apparitionis approbationem habuit archiepiscopalem, eo quod, ut supra dictum est, Emus Lorenzana, cum Archidioecesim Mexicanam regeret, illam in Hispanam Linguam verti mandavit, quodi quidem minime fecisset nisi ipsi esset probata.

In manuscripto mexicano quod apud se habuit D. Fernandus de Alva, ut asserit Becerra Tanco, quatuor narrabantur Apparitiones B. M. V. Joanni Didaco, et quinta Apparitio Joanni Bernardino. (5)

(1) Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. XIV, núm. 659.

(2) Torquemada, Monarq. Ind. locis supra cit.

(3) Torquemada, Monarq. Ind. lib. 20, cap. LXX.—Cabrera ubi supra, núm. 664.

(4) V. Torquemada, Monarq. Ind. lib. 15, cap. XLIII.

(5) Felicidad de México en la admirable Aparicion etc. Pruebase la tradicion—pág. 551 et seq. in tom. I.º Operis cui titulus, Colección de Obras y opúsculos pertenecientes à la Aparicion, etc., ubi insertum est praedictum opus *Felicidad de México*.

#### QUAESTIO HISTORICA.

*Utrum una tantummodo, an plures extiterint Apparitionum B. M. V. de Guadalupe Narrationes mexicanae.*

Haec constant omnimoda certitudine, scilicet: 1.º Extitisse antiquissimam Narrationem mexicanam manuscriptam Apparitionum: 2.º Narrationem mexicanam Apparitionum typis editam fuisse anno 1649 a Presbytero Lazo de la Vega, quae in prima parte hujus dissertationis legi potest, quantum ad ea, quae ad Apparitiones pertinent. Tria adhuc sunt inquirenda, scilicet: 1.º Utrum Narratio Mexicana Apparitionum a Lazo de la Vega typis edita, sit illa ipsa antiquissima manuscripta Narratio, quae Valeriano, aut alicui franciscano antiquissimo attribuitur. 2.º Si non est eadem, quae antiquitas hujus Mexicanae Narrationis, quam Lazo de la Vega typis edidit? 3.º Utrum praeter has Narrationes, et praeter hymnos mexicanos, et Annales, et instrumenta, sive memorata, sive illa, de quibus in tertia parte dabitur notitia, alia extiterint mexicana manuscripta antiquissima, quae Apparitiones testarentur?

Ad primum solendum, optima esset comparatio textus Narrationis mexicanae typis editae, qui extat adhuc in Biblioteca publica Guadalaxarensi, et textus antiquissimae manuscriptae mexicanae Narrationis, qui, uti asserit D. Uribe supra citatus, in Bibliotheca Mexiceae Universitatis suo tempore extabat: verum quoniam hic textus repertus non fuit, comparatio utriusque fieri non potest; atque necesse est ad illa tantummodo attendere, quae de illa antiquissima Narratione ex auctoribus constant. Videtur ergo propter sequentia duas esse Narrationes mexicane scriptas.

—  
cione, etc., ubi insertum est praedictum opus *Felicidad de México*.

1.<sup>o</sup> Uti ait P. Florencia, (1) juxta antiquissimam mexicanam Narrationem Apparitionis suam hispanam Narrationem scripsisse videtur P. D. Ludovicum Becerra Tanco: hic autem auctor colloquutionem B. M. V. et Joannis Didaci, habitam narrat die Dominica quando revertens Joannes in domum suam, postquam signum Rmo. Zumarraga deferre promisit, ut dictis ejus fidem haberet, Tepeyacac ascendit. At vero in Narratione mexicana a Lazo de la Vega typis edita, haec collocutio praetermittitur. (2) Unde apparet Ludovicum Becerra Tanco alium textum mexicanum p[ro]e oculis habuisse.

2.<sup>o</sup> In manuscripta antiquissima Narratione Mexicana, uti asserit Florencia, (3) dicitur Joannem Didacum, cum Deiparae jussu Antistem adiisset, quoniam ut ipsi alloqueretur demoratus est, in Templum ad Tlalteloleo tarde veniens, poenitentiam subiisse. Hoc autem praetermissum est in Narratione a Lazo de la Vega typis edita. (4)

3.<sup>o</sup> Uti asserit Florencia, (5) antiquissima manuscripta Narratio mexicana Apparitionis, ubi miracula narrat, ponit quarto loco curationem cuiusdam foeminae, quae, stomacho intumescente, aegrotabat, nec quidquam per decem mensium spatium medicorum cura illi profuerat. In Narratione Mexicana typis edita a Lazo de la Vega, haec curatio narratur octavo loco.

4.<sup>o</sup> Uti ait Florencia, (6) antiquissima manuscripta

(1) Estrella del Norte de México, cap. 13, § 8, núm. 162.

(2) Videatur haec Narratio in prima parte hujus Dissertationis.

(3) Estrella del Norte de México, cap. XIII, § 9, núm. 163.

(4) Videatur haec Narratio in prima parte hujus Dissertationis.

(5) Estrella del Norte de México, cap. XIII, § 9, núm. 171.

(6) Ubi supra, núm. 171.

Narratio, ubi de mirabilibus, undecim tantummodo enumerat; at vero illa quam Lazo de la Vega typis edidit, (1) quatuordecim refert antequam de vita et morte Joannis Didaci verba faciat.

5.<sup>o</sup> P. Florencia in opere cui titulus *Estrella del Norte de México*, quasi de duabus antiquis Narrationibus mexicanis Apparitionis tractat de illa antiquissima manuscripta, et de illa, quam deinde typis edidit Lazo de la Vega. Nam de antiquissima manuscripta tractat cap. XIII, §§ 8, 9 et 10, eamque attribuit eidam franciscano; de ea autem, quae deinde typis edita fuit, tractat, cap. XVI, núm. 199 et 200, eamque attribuit alicui indo ex illis, qui in antiquissimo collegio Sanctae Crucis ad Tlaltelolco fuerunt eruditi. Et Guridi Alcoser (2) duas Narrationes ut ab invicem distinctas adducit.

Quantum ad secundum sciendum est Narrationem Mexicanam Guadalupensis Apparitionis, quam Lazo de la Vega typis edidit, nullatenus ab eo scriptam dici posse: nam P. Florencia, ut supra dictum est, illam habuit ut antiquissimam; et similiter D. Laurentius Boturini, (3) qui ejus auctorem Apparitionis temporis coevum fuisse existimat; quod promisit se inconcussis argumentis probaturum in Historia B. M. V. de Guadalupe, cui operam dabat; et interea ejus antiquitatem stabilire, licet breviter, curat ex illis ipsis, quae in praedicta Narratione leguntur ubi miracula narrat.

Quantum ad tertium, indicat Florencia (4) in illo manuscripto in forma Annalium, de quo notitiam habuit quod apud P. Balthasar Gonzalez extabat, colloquitiones B. M. V. et Joannis Didaci enarrari. Haec

(1) Videatur in Bibliot. pública Guadalaxarensi.

(2) Apología de la Aparición, etc., cap. 15, ubi de scriptoribus.

(3) Catálogo del Museo Indiano, § 34, núm. 3.

(4) Estrella del Norte de México, cap. XVI, núm. 200.

inquirere potui. Ceterum quanta antiquissima ad res nostras spectantia interierint, quis poterit definire?

Absque dubio testimonium Apparitionis inviebatur in Constitutionibus antiquissimae Confraternitatis in Tepeyaquensi Templo erectae, de qua meminit Pro Rex Henriquez anno 1575, ut dicetur in tertia parte hujus dissertationis. Hae constitutiones, si adhuc existunt, latent in obscurio alienus archivi.

#### ARGUMENTUM SEXTUM.

*Multitudo, et sapientia scriptorum, Apparitionem B. M. V. de Guadalupe affirmantium, ejus ostendit veritatem.*

Scriptores Apparitionem affirmantes numerabimus, et mexiceos quam plurimos, et etiam exterios in 3.<sup>a</sup> Parte hujus dissertationis in *Explanatione et comprobatione historica* hujus argumenti. Nec asserendum omnes ibi annumerari. Atque etiam notandu min scriptoribus, de quibus hic agitur, non includi concessionatores.

Validum ad Guadalupensis Apparitionis veritatem stabilendam ex scriptoribus dicitur argumentum: quod patet ex sequentibus:

1.<sup>o</sup> Ex ipsorum scriptorum auctoritate. Quis enim credit tot viros eruditos, sive exterios, sive mexicanos, inter quos non pauci reperiuntur, et scientia theologica conspici, et rerum nostrarum antiquarum peritissimi, vera apud se habere, et etiam scriptis libris asserere per tria saecula et amplius, ea mirabilia de quibus non eis constaret inconcuso fundamento?

2.<sup>o</sup> Ex eo quod opus aut opusculum de Apparitione B. M. V. de Guadalupe typis editum, non tantummodo ipsius auctoris ea de re sententiam ostendit, quoniam sine Superioris licentia typis edi non potuit. Haec autem licentia non conceditur nisi prius opus vel opusculum a viro sapiente, a Superiore ad hoc designato, legatur et approbetur. At vero ad impressionem hujus generis li-

bro um requiritur licentia Ordinarii Ecclesiastici: si vero auctor fuerit regularis, etiam requiritur licentia proprii ipsius Praelati regularis; atque dum Mexici incolae Hispanae ditioni subditi fuimus, etiam civilis potestatis licentia requirebatur. Qui autem librum approbat, et qui licentiam ad librum imprimendum concedunt, si in illo libro sibi proponit auctor, miraculum aliquod narrare, vel stabilire, indubium est illos etiam de miraculo eadem sentire, quae auctor libri sentit, et asserit. Unde unusquisque liber de Apparitione B. M. V. typis editus, varios eruditos viros idem ea de re sentientes, et publice affirmantes ostendit, scilicet, ipsum qui librum scripsit, et eos, qui approbaverunt, et qui ad illum imprimendum licentiam concesserunt (Ordinarios Ecclesiasticos hic adducimus tantummodo ut viros eruditos; nam de illis sub ratione Pastorum auctoritatem exercentium, tractabitur postea). Inveniuntur autem libri de Deiparae de Guadalupe Apparitione typis editi, qui plusquam sex viros eadem sentientes ostendunt: ex g. opus Patris Florencio, cui titulus *Estrella del Norte de Mexico*, typis fuit editum praevia licentia Ordinarii, et Superioris Regulares, et civilis Magistratus, atque ut illae licentiae concederentur, triplex praecessit approbatio; et in opere, cui titulus *Idea de una nueva Historia* etc, in cuius fine habetur *Catalogus Musaei*, in quo non pauca ad Apparitionem pertinentia, triplex legitur approbatio, et licentia triplex.

Non parum hinc augetur vis argumenti, quod ad probandam Guadalupensis Apparitionis veritatem ex scriptorum auctoritate deducitur. Nam si numerum auctorum Apparitionem confirmantium attendamus, quatenus ex scriptis ea de re libris appareat, uti videbitur in *Comprobacione et Explanatione historica* hujus argumenti, licet ad uniuscujusque libri impressionem plus minusve de approbationibus et licentiis requisitum fuerit, et licet non modo unus, sed etiam duo, aut plures libri ab uno potuerint approbari, qui fortasse et ipse alium librum scrip-

inquirere potui. Ceterum quanta antiquissima ad res nostras spectantia interierint, quis poterit definire?

Absque dubio testimonium Apparitionis inviebatur in Constitutionibus antiquissimae Confraternitatis in Tepeyaquensi Templo erectae, de qua meminit Pro Rex Henriquez anno 1575, ut dicetur in tertia parte hujus dissertationis. Hae constitutiones, si adhuc existunt, latent in obscurio alienus archivi.

#### ARGUMENTUM SEXTUM.

*Multitudo, et sapientia scriptorum, Apparitionem B. M. V. de Guadalupe affirmantium, ejus ostendit veritatem.*

Scriptores Apparitionem affirmantes numerabimus, et mexiceos quam plurimos, et etiam exterios in 3.<sup>a</sup> Parte hujus dissertationis in *Explanatione et comprobatione historica* hujus argumenti. Nec asserendum omnes ibi annumerari. Atque etiam notandu min scriptoribus, de quibus hic agitur, non includi concessionatores.

Validum ad Guadalupensis Apparitionis veritatem stabilendam ex scriptoribus dicitur argumentum: quod patet ex sequentibus:

1.<sup>o</sup> Ex ipsorum scriptorum auctoritate. Quis enim credit tot viros eruditos, sive exterios, sive mexicanos, inter quos non pauci reperiuntur, et scientia theologica conspici, et rerum nostrarum antiquarum peritissimi, vera apud se habere, et etiam scriptis libris asserere per tria saecula et amplius, ea mirabilia de quibus non eis constaret inconcuso fundamento?

2.<sup>o</sup> Ex eo quod opus aut opusculum de Apparitione B. M. V. de Guadalupe typis editum, non tantummodo ipsius auctoris ea de re sententiam ostendit, quoniam sine Superioris licentia typis edi non potuit. Haec autem licentia non conceditur nisi prius opus vel opusculum a viro sapiente, a Superiore ad hoc designato, legatur et approbetur. At vero ad impressionem hujus generis li-

bro um requiritur licentia Ordinarii Ecclesiastici: si vero auctor fuerit regularis, etiam requiritur licentia proprii ipsius Praelati regularis; atque dum Mexici incolae Hispanae ditioni subditi fuimus, etiam civilis potestatis licentia requirebatur. Qui autem librum approbat, et qui licentiam ad librum imprimendum concedunt, si in illo libro sibi proponit auctor, miraculum aliquod narrare, vel stabilire, indubium est illos etiam de miraculo eadem sentire, quae auctor libri sentit, et asserit. Unde unusquisque liber de Apparitione B. M. V. typis editus, varios eruditos viros idem ea de re sentientes, et publice affirmantes ostendit, scilicet, ipsum qui librum scripsit, et eos, qui approbaverunt, et qui ad illum imprimendum licentiam concesserunt (Ordinarios Ecclesiasticos hic adducimus tantummodo ut viros eruditos; nam de illis sub ratione Pastorum auctoritatem exercentium, tractabitur postea). Inveniuntur autem libri de Deiparae de Guadalupe Apparitione typis editi, qui plusquam sex viros eadem sentientes ostendunt: ex g. opus Patris Florencio, cui titulus *Estrella del Norte de Mexico*, typis fuit editum praevia licentia Ordinarii, et Superioris Regulares, et civilis Magistratus, atque ut illae licentiae concederentur, triplex praecessit approbatio; et in opere, cui titulus *Idea de una nueva Historia* etc, in cuius fine habetur *Catalogus Musaei*, in quo non pauca ad Apparitionem pertinentia, triplex legitur approbatio, et licentia triplex.

Non parum hinc augetur vis argumenti, quod ad probandam Guadalupensis Apparitionis veritatem ex scriptorum auctoritate deducitur. Nam si numerum auctorum Apparitionem confirmantium attendamus, quatenus ex scriptis ea de re libris appareat, uti videbitur in *Comprobacione et Explanatione historica* hujus argumenti, licet ad uniuscujusque libri impressionem plus minusve de approbationibus et licentiis requisitum fuerit, et licet non modo unus, sed etiam duo, aut plures libri ab uno potuerint approbari, qui fortasse et ipse alium librum scrip-

sit; et similiter licet idem Superior ad duorum vel plurium librorum impressionem potuerit licentiam dare, manifestum erit ex scriptoribus mexicanis et exteris qui de Apparitione tractavere, et ex viris, qui libros approbaverunt, vel qui licentiam ad librorum impressionem concesserunt, maximam copiam sapientum virorum Guadalupense Apparitionem confirmantium, et publice assentientibus haberi. Si autem pondus auctoritatis attendamus, omnibus notum est quanta fuerint scientia praediti quam plurimi qui de hac re scripserunt, et quanta cautela et prudentia ad libros imprimendos a Praelatis Ecclesiasticis licentia concedatur; atque etiam notum est ad libros examinandos, ut praedicta licentia concedatur, viros elegi sapientiores et prudentiores. Nullatenus ergo credendum tot libros de Apparitione B. M. V. de Guadalupe potuisse scribi, et approbari, et licentia necessaria imprimi nisi vera docerent.

3.º Mexicanici scriptores qui de Apparitione B. M. V. de Guadalupe tractavere, ab ipso tempore Apparitionis usque ad praesens tempus sese succedunt: eorum autem opera vel opuscula, sive manuscripta, sive typis edita, unanimi omnium acceptatione ut vera semper habita sunt. Unde patet ex scriptorum constanti testimonio argumentum deduci invictum perpetuae nec interruptae traditionis de Apparitione B. M. V. de Guadalupe, planeque demonstrari ipsius Apparitionis veritatem ab omnibus admitti. Roboratur hoc argumentum ex scriptoribus exteris, qui Apparitionem B. M. V. de Guadalupe enarrantes, licentiam Pastorum, et assensum sapientum, et populorum fidelium piam fidem obtinuerunt extra Mexicum.

4.º In scriptoribus qui de Apparitione B. M. V. de Guadalupe tractarunt, non modo miraculi historia legitur, verum etiam varii generis demonstratio, cuius firmitatem nemo unquam potuit labefactare; ut patebit in solutione objectionum.

Invicta ergo probatur ex scriptoribus veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe.

(*Videatur Explanatio et Comprobatio historica hujus argumenti in 3.ª Parte hujus Dissertationis.*)

#### ARGUMENTUM SEPTIMUM.

*Veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe comprobatur ex iis, quae ea de re juridice acta fuere anno 1666.*

Quoniam quam plurima antiqua interierunt, quae in Archiepiscopali mexicano archivio servata esse deberent, nihil mirum si illa desiderantur, quae ad Apparitionem juridice inquirendam, egerit Rmns. Zumarraga; de quibus quod aliquando extiterint notitia habetur, ut dicitur in solutione objectionum. Ea de causa anno 1666, cum festum B. M. V. de Guadalupe ab Apostolica Sede concedi desideraretur, de re visum est juridice comprobare ipsius Sanctissimae Virginis Apparitionem, quae alioquin historice plene demonstrabatur.

Juridicae hujus inquisitionis sumمام affert P. Florentia. (1) Utinam quidquid actum fuit integrum retulisset! Verum excusandus est, quoniam illis temporibus non nisi magnis sumptibus typis edi poterant libri.

Constat ergo viginti et unum testes de Apparitione fuisse interrogatos: aetas illorum erat: primi testis aetas, octoginta anni; secundi, plusquam centum et decem anni; tertii, a centum duodecim ad centum quindecim anni; quarti, octoginta et quinque anni; quinti, septuaginta et octo anni; sexti, octoginta anni; septimi, et octavi, centum anni; etc., aetate minores illi duo fuerunt, qui sexaginta annos, et quinquaginta quinque annos aetatis numerabant.

Ex his testibus undecim fuere viri Ecclesiastici sae-

[1] Estrella del Norte de México, cap. XIII,

sit; et similiter licet idem Superior ad duorum vel plurium librorum impressionem potuerit licentiam dare, manifestum erit ex scriptoribus mexicanis et exteris qui de Apparitione tractavere, et ex viris, qui libros approbaverunt, vel qui licentiam ad librorum impressionem concesserunt, maximam copiam sapientum virorum Guadalupense Apparitionem confirmantium, et publice assentientibus haberi. Si autem pondus auctoritatis attendamus, omnibus notum est quanta fuerint scientia praediti quam plurimi qui de hac re scripserunt, et quanta cautela et prudentia ad libros imprimendos a Praelatis Ecclesiasticis licentia concedatur; atque etiam notum est ad libros examinandos, ut praedicta licentia concedatur, viros elegi sapientiores et prudentiores. Nullatenus ergo credendum tot libros de Apparitione B. M. V. de Guadalupe potuisse scribi, et approbari, et licentia necessaria imprimi nisi vera docerent.

3.º Mexicanici scriptores qui de Apparitione B. M. V. de Guadalupe tractavere, ab ipso tempore Apparitionis usque ad praesens tempus sese succedunt: eorum autem opera vel opuscula, sive manuscripta, sive typis edita, unanimi omnium acceptatione ut vera semper habita sunt. Unde patet ex scriptorum constanti testimonio argumentum deduci invictum perpetuae nec interruptae traditionis de Apparitione B. M. V. de Guadalupe, planeque demonstrari ipsius Apparitionis veritatem ab omnibus admitti. Roboratur hoc argumentum ex scriptoribus exteris, qui Apparitionem B. M. V. de Guadalupe enarrantes, licentiam Pastorum, et assensum sapientum, et populorum fidelium piam fidem obtinuerunt extra Mexicum.

4.º In scriptoribus qui de Apparitione B. M. V. de Guadalupe tractarunt, non modo miraculi historia legitur, verum etiam varii generis demonstratio, cuius firmitatem nemo unquam potuit labefactare; ut patebit in solutione objectionum.

Invicta ergo probatur ex scriptoribus veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe.

(*Videatur Explanatio et Comprobatio historica hujus argumenti in 3.ª Parte hujus Dissertationis.*)

#### ARGUMENTUM SEPTIMUM.

*Veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe comprobatur ex iis, quae ea de re juridice acta fuere anno 1666.*

Quoniam quam plurima antiqua interierunt, quae in Archiepiscopali mexicano archivio servata esse deberent, nihil mirum si illa desiderantur, quae ad Apparitionem juridice inquirendam, egerit Rmns. Zumarraga; de quibus quod aliquando extiterint notitia habetur, ut dicitur in solutione objectionum. Ea de causa anno 1666, cum festum B. M. V. de Guadalupe ab Apostolica Sede concedi desideraretur, de re visum est juridice comprobare ipsius Sanctissimae Virginis Apparitionem, quae alioquin historice plene demonstrabatur.

Juridicae hujus inquisitionis sumمام affert P. Florentia. (1) Utinam quidquid actum fuit integrum retulisset! Verum excusandus est, quoniam illis temporibus non nisi magnis sumptibus typis edi poterant libri.

Constat ergo viginti et unum testes de Apparitione fuisse interrogatos: aetas illorum erat: primi testis aetas, octoginta anni; secundi, plusquam centum et decem anni; tertii, a centum duodecim ad centum quindecim anni; quarti, octoginta et quinque anni; quinti, septuaginta et octo anni; sexti, octoginta anni; septimi, et octavi, centum anni; etc., aetate minores illi duo fuerunt, qui sexaginta annos, et quinquaginta quinque annos aetatis numerabant.

Ex his testibus undecim fuere viri Ecclesiastici sae-

[1] Estrella del Norte de México, cap. XIII,

culares, vel religiosi: reliqui laici fuere: omnes, prout de jure, testimonium juramento dedere; Sacerdotes autem ut Sacris Canonibus jussum est. Testes coaevi Apparitioni haberi non poterant; verum ex illis, qui fuerunt interrogati, non pauci cum coaevis vixerunt. Et insuper Presbyter Becerra Tanco, qui juridice testatus est, ut sui testimonii ostenderet fundamenta, aliorum quinque et ecclesiasticorum et laicorum testimonia de Apparitione memorat. Et summatim dicendum de Apparitionibus plenam probationem, prout de jure poterat desiderari, habitam fuisse, necnon de solemni processione, qua Sacra Imago B. M. V. de Guadalupe a Rmo. Zumarraga ad suum primum templum delata fuit, et de cultu et veneratione ipsius Sacrae Imaginis, de fidelium devotione erga illam, de publica fama et traditione quoad haec, de Joannis Didaci virtutibus et pietate, etc.

Opportunum videtur saltem duorum testimoniorum, quae seniores dederunt, summam transcribere ex Florencia, qui ita ait:

El segundo testigo fue Gabriel Suarez, de mas de ciento y diez años de edad, muy capaz, y que hablaba y se explicaba por medio de los Interpretes Br. Benito de Gama, Presbytero, y Pedro Fijon Diacono: Juan Gomez Davalos, y Don Lorenzo Velazquez, con expedicion en la lengua Mexicana: nacido en el barrio de Tequixquinahua de dicho Pueblo. (*Quauhtitlan*). El qual só cargo del juramento que hizo, declaró, haber oido à su padre Mateo Suarez, natural de dicho Pueblo y barrio (que conoció à Juan Diego) todo este suceso, y las circunstancias de dicha Aparicion, como dejo escrita, y queda testificada en el testimonio antecedente. Y añadió, haberlo oido tambien ahora ochenta ó noventa años, en que era mancebo de quince à veinte años, à otros muchos del Pueblo, que vivian quando sucedió el caso, y fueron, y asistieron à la solemnidad de su translacion. Y afirmó acordarse, de haber visto en ese tiempo la Santa Imagen,

que está y persevera en su hermosura y viveza de colores, segun y como la vio ahora dos años; con que la juzgaba y tenia por milagrosa, y creia haberle guardado Dios la vida por mas de un siglo, para poder testificar esta verdad de tanto credito de la Soberana Señora, pudiendo contarse entre sus milagros su conservacion en una vida tan larga. Y dixo mas, que muchos de su Pueblo han ido y van à la Ermita de la Santa Imagen de Guadalupe, y él entre ellos, à pedir remedio à la Santissima Virgen en sus necesidades, interponiendo à Juan Diego por intercesor y medianero para alcanzarlo; porque lo tenian por Santo, y muy favorecido de la Madre de Dios," etc.

"El tercer testigo fue Andres Juan, de ciento y doce à ciento y quince años, natural de dicho Pueblo de Quauhtitlan, hijo de Ventura Xuares, y Ana Maria, difuntos, que habia sido Mandon en él, el qual preguntado con juramento por el tenor de dicho interrogatorio, declaró sabia de sus padres, habia nacido muy pocos años despues que sucedió el prodigioso caso de la Aparicion de nuestra Señora. Y que siendo de edad y capacidad bastante para hacer juicio del milagro, se lo contaron sus padres, segun y como queda referido en los testimonios antecedentes; y que habia mas de cien años que sus padres lo llevaron la primera vez à la Ermita antigua, que era recien acabada, y toda de adobes, y en ella vio la Santa Imagen ya colocada, que es la misma que hoy está en la Iglesia nueva: y que entonces acudia del Pueblo de Quauhtitlan mucha gente por semanas, los hombres á trabajar en la obra, y las mugeres á barrer y zahumar la Capilla, y que se acordaba muy bien de esta loable costumbre de los de su Pueblo, aunque habian pasado mas de cien años de tiempo; y que le parecia, que la Soberana Virgen le había guardado la vida para que refiriese lo que oyó y vio en honra suya. Asi mis-

mo declaró, que sus padres, y otros, le contaron la mucha christiandad y virtud de Juan Diego," etc.

#### ARGUMENTUM OCTAVUM.

*Veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe ostenditur ex sacris concionibus ea de re habitis ad populum.*

Quare ad probandam Apparitionis veritatem argumentum ex concionibus desumimus distinctum ab eo quod ex scriptoribus eformatur? Duplici de causa: 1.º eo quod argumentum ex concionibus non solum sumitur ex illis, quae typis editae, vel manuscriptae servantur, sed generaliter ex omnibus, quorum pars major non servatur, vel amittitur: 2.º eo quod ut a vero non deviet de re ad cultum divinum pertinente continua praedicatione per tria saecula cum dimidio, scientibus, et consentientibus, vel praeципientibus Pastoribus, aut ipsis concionantibus, specialem gratiam Dominum concedere persuasum habemus, quae gratia ita specialis scriptoribus non itidem datur.

Probabiliter dicendum praedicationem de Apparitione B. M. V. de Guadalupe incepisse saltem ab eo die quo translata solemnissima processione sacra Imago de Mexicea Metropolitana Ecclesia ad primum Tepeyanquense Templum, etiam in hoc ipso Templo B. M. V. de Guadalupe solemnii celebritate fuit venerata. Quis enim credit in tanto festo verbi Dei praecones mutos extitisse? Sed quoniam interierunt plurima, eaque summpere aestimabilia, ad res nostras perantiquas pertinentia, probare omnia historice non licet hodie. Verum si ad ea quae historice probantur attendamus, apparel Rmum Montufar, qui secundus fuit Mexicanus Archiepiscopus, atque etiam alios Sacerdotes ipsi coaevos conciones habuisse de B. M. V. de Guadalupe: atque etiam constant de eadem re concionandi, sive mexicane, sive hispane, antiquam extitisse consuetudinem, necnon et

constat de concionum maxima numerositate, ut videbitur in 3.ª Parte hujus Dissertationis in *Explanatione et comprobatione historica hujus argumenti*.

Quis autem sit numerus omnium concionum, quae de Sanctissima M. V. de Guadalupe habitae sunt, definiiri non potest. Quascumque de hac re historicas notitias habere licuit, legantur in *Comprobatione et explanatione historica hujus argumenti*. Guridi Aleoser (1) apud se habuisse asserit plusquam nonaginta conciones typis editas de B. M. V. de Guadalupe: opus autem in quo id asseruit, typis edidit anno 1820: at vero non affirmat praedictus auctor omnes conciones impressas apud se habere; et insuper earum numerus temporis progressu auctus est. Verum notandum, apud nos quam plurimas conciones dici, et ex illis paucas typis mandari: Ex. gi ex omnibus praedictis impressis concionibus B. M. V. de Guadalupe, pars minima pertinet civitati Guadalaxarae; in hac autem sola civitate, in solo spatio temporis elapsi a confirmatione Guadalupensis Patronatus, facta a Smo. D. Benedicto XIV, usque ad praesens tempus, plusquam quadrigentae conciones de B. M. V. de Guadalupe ad populum habitae facile numerantur: Hinc conjici potest, juxta locorum et temporum adjuncta, quam fuerit magnus illarum numerus in universa Mexicana Natione a tempore Apparitionis usque ad praesens tempus. His addenda sunt conciones de B. M. V. de Guadalupe habitae in exteris nationibus. Et animadvertisendum insuper quantum ad conciones typis editas illud ipsum quod de libris notatum fuit, scilicet, quod haec conciones, non modo ipsorum concionatorum, verum etiam illorum, qui conciones approbarunt, et qui ad eas imprimendas licentiam concesserunt, sententiam unanimem ostendunt

(1) Apología de la Aparición, etc., cap. 15, § 2.

mo declaró, que sus padres, y otros, le contaron la mucha christiandad y virtud de Juan Diego," etc.

#### ARGUMENTUM OCTAVUM.

*Veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe ostenditur ex sacris concionibus ea de re habitis ad populum.*

Quare ad probandam Apparitionis veritatem argumentum ex concionibus desumimus distinctum ab eo quod ex scriptoribus eformatur? Duplici de causa: 1.º eo quod argumentum ex concionibus non solum sumitur ex illis, quae typis editae, vel manuscriptae servantur, sed generaliter ex omnibus, quorum pars major non servatur, vel amittitur: 2.º eo quod ut a vero non deviet de re ad cultum divinum pertinente continua praedicatione per tria saecula cum dimidio, scientibus, et consentientibus, vel praeципientibus Pastoribus, aut ipsis concionantibus, specialem gratiam Dominum concedere persuasum habemus, quae gratia ita specialis scriptoribus non itidem datur.

Probabiliter dicendum praedicationem de Apparitione B. M. V. de Guadalupe incepisse saltem ab eo die quo translata solemnissima processione sacra Imago de Mexicea Metropolitana Ecclesia ad primum Tepeyanquense Templum, etiam in hoc ipso Templo B. M. V. de Guadalupe solemnii celebritate fuit venerata. Quis enim credit in tanto festo verbi Dei praecones mutos extitisse? Sed quoniam interierunt plurima, eaque summpere aestimabilia, ad res nostras perantiquas pertinentia, probare omnia historice non licet hodie. Verum si ad ea quae historice probantur attendamus, apparel Rmum Montufar, qui secundus fuit Mexicanus Archiepiscopus, atque etiam alios Sacerdotes ipsi coaevos conciones habuisse de B. M. V. de Guadalupe: atque etiam constant de eadem re concionandi, sive mexicane, sive hispane, antiquam extitisse consuetudinem, necnon et

constat de concionum maxima numerositate, ut videbitur in 3.<sup>a</sup> Parte hujus Dissertationis in *Explanatione et comprobatione historica hujus argumenti*.

Quis autem sit numerus omnium concionum, quae de Sanctissima M. V. de Guadalupe habitae sunt, definiiri non potest. Quascumque de hac re historicas notitias habere licuit, legantur in *Comprobatione et explanatione historica hujus argumenti*. Guridi Aleoser (1) apud se habuisse asserit plusquam nonaginta conciones typis editas de B. M. V. de Guadalupe: opus autem in quo id asseruit, typis edidit anno 1820: at vero non affirmat praedictus auctor omnes conciones impressas apud se habere; et insuper earum numerus temporis progressu auctus est. Verum notandum, apud nos quam plurimas conciones dici, et ex illis paucas typis mandari: Ex. gi ex omnibus praedictis impressis concionibus B. M. V. de Guadalupe, pars minima pertinet civitati Guadalaxarae; in hac autem sola civitate, in solo spatio temporis elapsi a confirmatione Guadalupensis Patronatus, facta a Smo. D. Benedicto XIV, usque ad praesens tempus, plusquam quadrigentae conciones de B. M. V. de Guadalupe ad populum habitae facile numerantur: Hinc conjici potest, juxta locorum et temporum adjuncta, quam fuerit magnus illarum numerus in universa Mexicana Natione a tempore Apparitionis usque ad praesens tempus. His addendae sunt conciones de B. M. V. de Guadalupe habitae in exteris nationibus. Et animadvertisendum insuper quantum ad conciones typis editas illud ipsum quod de libris notatum fuit, scilicet, quod hae conciones, non modo ipsorum concionatorum, verum etiam illorum, qui conciones approbarunt, et qui ad eas imprimendas licentiam concesserunt, sententiam unanimem ostendunt

(1) Apología de la Aparición, etc., cap. 15, § 2.

de veritate Apparitionis B. M. V. de Guadalupe. Quis autem credat tot eruditos viros, diversis temporibus et locis, de eadem re unum idemque et censuisse, et publice asseruisse nisi inconcusso fundamento illud fuissest stabilitum?

Vis augetur hujus argumenti si aliud attendamus, scilicet, ex praedicatione frequenti et continua de B. M. V. de Guadalupe, non modo praedicatorum, et eorum, qui conciones impressas approbarunt, et qui ad earum impressionem licentiam concesserunt, sententiam colligi in favorem Apparitionis; sed etiam totius mexicani populi, in quo quam plurimi viri sapientes et inveniuntur, et extiterunt semper; atque etiam haberi eadem de re consensum populorum, et sapientum virorum in exteris nationibus, ubi etiam hujusmodi conciones habitae sunt. Praedicatio de B. M. V. de Guadalupe frequens et continua, nullo reclamante, imo etiam fidelium multitudine grata semper audiente, omnes de Apparitione idem sentire evidenter ostendit; ac proinde traditionem de B. M. V. de Guadalupe Apparitione omnimoda fide dignam patefacit.

At si rem Theologice inspiciamus, etiam dicere necesse est hujusmodi continuam praedicationem, qua beneficium divinum adeo insigne populo nuntiatur, uti est illud quod in Guadalupensi Apparitione continetur, etiam honorificentissime proposita coram audientibus, vel ipsa originali Imagine B. M. V. de Guadalupe, vel alia, quae illam originalem repraesentet, atque fideles ad Dei cultum, et Deiparae majorem amorem, et venerationem excitando propter praedictum beneficium, cum talis praedicatione facta semper fuerit scientibus, et consentientibus, vel praecipientibus Pastoribus, saepe etiam ipsis concionantibus, vel conciones audiendo, vel licentiam ut illae imprimantur concedentibus, hanc praedicationem continuam in sui favorem habere dicimus Pastorum auctoritatem, quanta illa est in rebus tanti momenti, neenon in sui favorem habere agnoscendum est illam specialem provi-

dentiam, qua, etiam in partibus verae Ecclesiae, Dominum benigne curare confidimus ne per tantum temporis spatium a vero deviet praedicatio a veris Dei Ministris peracta, et Pastorum fulta auctoritate.

(Videatur Explanatio et Comprobatio historica hujus argumenti in 3.<sup>a</sup> Parte hujus Dissertationis.)

#### ARGUMENTUM NONUM.

*Veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe probatur ex cultu ipsae Deiparae sub hac advocatione exhibito, sive Mexicana in Natione, sive extra illam.*

Cultus B. M. V. de Guadalupe continuus extitit ab ipsa Apparitione usque ad praesens tempus; atque ille et fuit, et adhuc est magnificentissimus; nec intra fines Mexicanae Nationis est conclusus, verum etiam ad extereras gentes migravit.

Continuus inquam ille cultus, et magnificentissimus ex omni parte.

Si Pastorum attendamus devotionem erga B. M. V. de Guadalupe, primum mexicanum Antistitem videbimus, Rmum. Zumarraga, qui ut Sacra Imago ejus in conspectu visa fuit, illam humillime veneratus est; atque solemnisima processione e Cathedrali Ecclesia ad Tepeyanquense primum Templum ipse deduxit. Atque in hujus Nationis sive Episcopis, sive Archiepiscopis, frequentia, et praeclera in B. M. V. de Guadalupe amoris, et venerationis signa reperiuntur, ut in sequenti argumendo dicetur.

Si mexicani Cleri saecularis et regularis erga ipsam Deiparam de Guadalupe pietas inspiciatur, quis enarrare poterit quoties ecclesiastici viri Apparitionem celebrarunt, quot modis templorum in honorem B. M. V. de Guadalupe dicatorum, decorem curaverunt, et cultum,

et fidelium, pro tam singulari beneficio, amorem in Dei Genitricem incenderunt?

Si sapientum virorum quaeramus obsequia, sive ecclesiasti illi fuerint, sive laici, summo honore ipsis semper fuisse comperiemus devotionem erga B. M. V. de Guadalupe sacris concessionibus fovere, ejusque Apparitionem sive publicis scriptis, sive privatis colloquiis enarrare, et firmissime stabilitam ostendere: plures etiam ex illis confraternitatibus in honorem B. M. V. de Guadalupe institutis, nomina sua dedere.

Si piorum benefactorum numerum et munificentiam inquiramus, ad insigne Tepeyacense Templum aspicere sufficiet: ditissimum illud Templum auro, et argento, et lapidibus pretiosis, atque cultus in eo magnopere splendidus, ita copiosam piorum benefactorum multitudinem ostendit, ut illorum historia libros implere posset; ad haec accedunt quae aliis templis in honorem ipsius B. M. V. de Guadalupe per civitates, et opida Mexiceae Nationis dicatis, munera contulere quamplurimi pii benefactores.

Si civilium Magistratum erga B. M. V. de Guadalupe pietatem aspiciamus, praeclaram illam fuisse comperimus: nam illi, et processionibus, et aliis solemnitatibus ejusdem Sanctissimae Virginis aderant, et Tempa ejus speciali colebant veneratione, et ipsius B. M. V. de Guadalupe cultum fovere, et principale Patronatum B. M. V. de Guadalupe non modo libentissime suscepserunt, verum etiam propria cooperatione ut institueretur fuere magna pars: festum civile solemnissimum etiam institutum fuit illud in quo Apparitione Guadalupensis celebratur, quod festum summo honore celebrarunt civiles Magistratus, etiam primarii, donec infastis hisce temporibus Ecclesiae et Status separatio sancita est. Quinimo etiam in hac civitate Guadalaxara publica civilis Auctoritas licentiam concedit ut praeter illam companiarum pulsationem, quae lege permittitur, die 12 Decembris campanae omnium

templorum simul et solemnissime pulsentur tribus vicibus, scilicet, ad auroram, ad meridiem, et ad finem vespertini crepusculi, et ut festivis mucisis instrumentis personantibus civitas ad auroram ordinate pereurratur, atque etiam ut alia grati animi signa ostendantur, et publicae laetitiae.

Populorum amor et devotio erga B. V. M. de Guadalupe maxima est. Nam in festis ipsius B. M. V. tempa replentur fidelium multitudine, ad quam capiendam tempa ipsa parva aliquando videntur: festum Apparitionis publicis laetitiae signis magnificentissime celebratur. Haec populorum devotio praecipue ostenditur in Templo Tepeyacensi, in quo ipsa Imago B. M. V. in Joannis Didaci ayatl coelitus depicta, summo honore assertur, et veneratur.

Tempa multa, et altaria quamplurima in honorem B. M. V. de Guadalupe ercta sunt, et confraternitates etiam institutae: imaginum autem ipsius B. V. de Guadalupe, sive in templis, sive in fidelium domibus, ita copiosa est multitudo, ut numerari non possint.

In publicis calamitatibus saepe, et solemnissima supplicatione B. M. V. de Guadalupe invocata est.

Annum Apparitionis festum Officio et Missa propriis, et ut primae clasis celebratur ex concessione SS. D. Benedicti XIV, qui B. M. V. de Guadalupe Patronam principalem nobis dedit. Idem festum de pracepto servatur cum obligatione sacrum audiendi et cessandi ab operibus servilibus, quod ab omnibus libentissime observatur.

Haec autem theologice consideremus. Ut dictum est et Pastores, et Clerus, et populus, et viri sapientes, et qui auctoritate civili decorati fuere, omnes unanimiter Apparitionem B. M. V. de Guadalupe grato animo recolunt, et solemniter celebrant, et in publicis calamitatibus Deiparam, quae Tepeyacae benignissima apparuit, deprecantur, et tempa in ejus honorem dicata frequen-

tant, et imagines ejus innumeras, et in templis, et in pri-  
vatis domibus venerantur, multisque modis grati animi  
sensum pro ineffabili hujusmodi dignatione Dei Geni-  
tricis protestantur. Unde devotio haec longe lateque  
diffusa, perque tria saecula et amplius continuata? Unde  
hic cultus perpetuus, et splendidus, nisi ex speciali mo-  
tione divinae gratiae? Dominus autem, et verax, et sanctus,  
nonnisi ad vera et sancta corda nostra movet: sanctus  
ergo est, et veritate innexus cultus B. M. V. de Guada-  
lupe. Hoc autem cultu gratiarum actio pro B. M. V. Ap-  
paritione Domino redditur, atque ipsa Piissima Virgo,  
quae Tepeyacae apparuit, amore et singulari fiducia cele-  
bratur, et invocatur. Apparitio igitur vera est habenda.

Crescit hujus argumenti vis si id attendamus, scilicet  
quod cultus B. M. V. de Guadalupe, non intra fines Me-  
xicanae Nationis conclusus est. Et quidem quantum his-  
panum sese aliquando extendit imperium, etiam cultus B.  
M. V. de Guadalupe propagatus est, quoniam in omnibus  
regionibus Catholico Regi subjectis, ipso Rege postulan-  
te, festum B. M. V. de Guadalupe, eum Officio et Missa  
propriis SS. D. Benedictus XIV celebrari concessit. At-  
que etiam per alias nationes, et in ipsa urbe Roma Sanc-  
tissima Virgo Maria de Guadalupe cultu est celebrata.  
Verum celeberrima fuit Congregatio in honorem Sanctis-  
simae Virginis de Guadalupe Mexicanae, instituta in re-  
gia urbe Matritensi, in qua ipse Rex primus et maxi-  
mus frater erat, cuique viri quamplurimi sapientia et no-  
bilitate insignes nomen dedere. De hac Congregatione  
scripsit D. Theobaldus Rivera librum cui titulus, *Rela-  
cion y estado del culto, lustre, progresos y utilidad de la  
Real Congregacion, etc.* Ibi autem refert auctor quot per-  
sonae dignitate insignes, vel alio titulo spectabiles, us-  
que ad illud tempus praedictae Congregationi nomen  
dederunt: inveniuntur ergo duo Reges, duae Reginae, duo  
Cardinales Sanctae Romanae Ecclesiae, Primatus unus,  
viginti et unus Archiepiscopi et Episcopi, duo Generales

religionum, Canonici, et Dignitates obtinentes in Ecclesiis  
Cathedralibus, quinquaginta et quatuor, octo Parochi,  
octoginta Presbyteri saeculares, (1) quadraginta et duo  
Presbyteri regulares, octoginta et duo Doctores Univer-  
sitatum, et laici quamplurimi nobilitate insignes; pae-  
ter quos quatuorcentum nonginta et duo Congregationi  
erant adscripti, qui dispersi reperiebantur, sive Romae,  
sive Galliae, etc., sive variis in locis Hispaniae et Amer-  
icæ. Haec ita erant quando D. Rivera opusculum pae-  
dictum typis fuit editum, quod factum est annis 1740,  
1757 et 1785. (2) En quam fuerit magnificus etiam extra  
Mexicanam Nationem cultus B. M. V. de Guadalupe.  
Adhuc de hoc cultu in exteris nationibus plura dicentur.

(Videatur Explanatio et Comprobatio historica hujus ar-  
gumenti in 3.<sup>a</sup> Parte hujus Dissertationis.)

#### ARGUMENTUM DECIMUM.

*Veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe ostenditur ex  
approbationibus Episcoporum.*

Cum antiquissima plura mexicani archivi Archiepis-  
copalis interierint, ut dicetur in solutione objectionum,  
non requirendus est hodie aliquis de Apparitione juridi-  
cus processus Rmi Zumarraga; verum hoc non obstante,  
ita multipliciter, continue, et solemniter, non ab uno  
tantummodo, sed a pluribus Archiepiscopis, et Episcopis  
Guadalupensis Apparitio approbata est, ut meridianam

(1) Praepter honorem Sacerdotii, alio etiam decorati fuere  
hi Presbyteri saeculares, dicuntur enim *Presbyteros seculares con-  
decorados*; sed non determinatur qualis fuerit hic alias honor.  
Presbyteri regulares dicuntur *Presbyteros religiosos graduados*.

(2) Beristain, Bibliot, art. Rivera Guzman D. Teobaldo.  
Videatur hoc opusculum in Opere cui titulus, *Coleccion de obras  
y opusculos pertenecientes á la Aparicion, etc.*, tom. I.

tant, et imagines ejus innumeras, et in templis, et in pri-  
vatis domibus venerantur, multisque modis grati animi  
sensum pro ineffabili hujusmodi dignatione Dei Geni-  
tricis protestantur. Unde devotio haec longe lateque  
diffusa, perque tria saecula et amplius continuata? Unde  
hic cultus perpetuus, et splendidus, nisi ex speciali mo-  
tione divinae gratiae? Dominus autem, et verax, et sanctus,  
nonnisi ad vera et sancta corda nostra movet: sanctus  
ergo est, et veritate innexus cultus B. M. V. de Guada-  
lupe. Hoc autem cultu gratiarum actio pro B. M. V. Ap-  
paritione Domino redditur, atque ipsa Piissima Virgo,  
quae Tepeyacae apparuit, amore et singulari fiducia cele-  
bratur, et invocatur. Apparitio igitur vera est habenda.

Crescit hujus argumenti vis si id attendamus, scilicet  
quod cultus B. M. V. de Guadalupe, non intra fines Me-  
xicanae Nationis conclusus est. Et quidem quantum his-  
panum sese aliquando extendit imperium, etiam cultus B.  
M. V. de Guadalupe propagatus est, quoniam in omnibus  
regionibus Catholico Regi subjectis, ipso Rege postulan-  
te, festum B. M. V. de Guadalupe, eum Officio et Missa  
propriis SS. D. Benedictus XIV celebrari concessit. At-  
que etiam per alias nationes, et in ipsa urbe Roma Sanc-  
tissima Virgo Maria de Guadalupe cultu est celebrata.  
Verum celeberrima fuit Congregatio in honorem Sanctis-  
simae Virginis de Guadalupe Mexicanae, instituta in re-  
gia urbe Matritensi, in qua ipse Rex primus et maxi-  
mus frater erat, cuique viri quamplurimi sapientia et no-  
bilitate insignes nomen dedere. De hac Congregatione  
scripsit D. Theobaldus Rivera librum cui titulus, *Rela-  
cion y estado del culto, lustre, progresos y utilidad de la  
Real Congregacion, etc.* Ibi autem refert auctor quot per-  
sonae dignitate insignes, vel alio titulo spectabiles, us-  
que ad illud tempus praedictae Congregationi nomen  
dederunt: inveniuntur ergo duo Reges, duae Reginae, duo  
Cardinales Sanctae Romanae Ecclesiae, Primatus unus,  
viginti et unus Archiepiscopi et Episcopi, duo Generales

religionum, Canonici, et Dignitates obtinentes in Ecclesiis  
Cathedralibus, quinquaginta et quatuor, octo Parochi,  
octoginta Presbyteri saeculares, (1) quadraginta et duo  
Presbyteri regulares, octoginta et duo Doctores Univer-  
sitatum, et laici quamplurimi nobilitate insignes; pae-  
ter quos quatuorcentum nonginta et duo Congregationi  
erant adscripti, qui dispersi reperiebantur, sive Romae,  
sive Galliae, etc., sive variis in locis Hispaniae et Amer-  
icæ. Haec ita erant quando D. Rivera opusculum pae-  
dictum typis fuit editum, quod factum est annis 1740,  
1757 et 1785. (2) En quam fuerit magnificus etiam extra  
Mexicanam Nationem cultus B. M. V. de Guadalupe.  
Adhuc de hoc cultu in exteris nationibus plura dicentur.

(Videatur Explanatio et Comprobatio historica hujus ar-  
gumenti in 3.<sup>a</sup> Parte hujus Dissertationis.)

#### ARGUMENTUM DECIMUM.

*Veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe ostenditur ex  
approbationibus Episcoporum.*

Cum antiquissima plura mexicani archivi Archiepis-  
copalis interierint, ut dicetur in solutione objectionum,  
non requirendus est hodie aliquis de Apparitione juridi-  
cus processus Rmi Zumarraga; verum hoc non obstante,  
ita multipliciter, continue, et solemniter, non ab uno  
tantummodo, sed a pluribus Archiepiscopis, et Episcopis  
Guadalupensis Apparitio approbata est, ut meridianam

(1) Praepter honorem Sacerdotii, alio etiam decorati fuere  
hi Presbyteri saeculares, dicuntur enim *Presbyteros seculares con-  
decorados*; sed non determinatur qualis fuerit hic alias honor.  
Presbyteri regulares dicuntur *Presbyteros religiosos graduados*.

(2) Beristain, Bibliot, art. Rivera Guzman D. Teobaldo.  
Videatur hoc opusculum in Opere cui titulus, *Coleccion de obras  
y opusculos pertenecientes á la Aparicion, etc.*, tom. I.

lucem negare merito diceretur ille, qui Episcopalis auctoritatis fulcimentum negaret in miraculo Apparitionis.

Ipse Rmus Zumarraga quid aliud egit nisi ut Apparitionem sua auctoritate confirmaret, quando statim ut sacram Imaginem de Guadalupe in ayatl Joannis Didaci vidit, illam humillime veneratus est, atque ut ab omnibus veneraretur in Templum majus Mexiceum detulit, et primum Tepeyacense Templum aedificavit, atque solemnissima processione sacram Imaginem de Guadalupe in illud detulit, ubi etiam pontificalibus vestitus Missam solemniter celebravit?

Verum si generaliter Archiepiscoporum et Episcoporum mexicanorum approbationem Apparitionis inquiramus, breviter dicendum, quod toties approbarunt, quoties processionibus B. M. V. de Guadalupe adfuere; quoties in ejus cultum Missam pontificalibus induiti celebrarunt, quoties de ipsa Deipara de Guadalupe vel ipsi conciones dixerunt, vel dici praeceperunt, vel audiuerunt, vel ut ab aliis dictae typis ederentur licentiam concesserunt; quoties ad impressionem librorum qui Apparitionem enarrant aut stabiliunt, licentiam concesserunt; quoties ut libri novem; aut trium dierum orationes, aut alias quascumque orationes B. M. V. de Guadalupe continentes, typis ederentur, et inter fideles propagarentur, licentiam dederunt; quoties templa, et altaria in honorem B. M. V. de Guadalupe erigi vel praeceperunt, vel concesserunt; quoties pia legata et fundationes in ejus cultum admiserunt; quoties in publicis calamitatibus ipsam Deiparam de Guadalupe invocari jussérunt; quoties numeribus ejus templa ditarunt; quoties confraternitates in ejus honorem institui approbarunt; quoties indulgentiis concessis cultum B. M. V. de Guadalupe adauxerunt.

Apparitionem B. M. V. de Guadalupe approbarunt Antistes quando miracula approbarunt, quae ipsa Deipara de Guadalupe invocata, Dominus fecit; quando prima

vice auctoritate Episcopi Angelopolitani, qui Archidioecesim Mexicanam regebat, ad Apostolicam Sedem missum est pro impetratōne festi diei 12 Decembris in Apparitionis honorem; quando Antistitū auctoritate, et subjectione debita Apostolicae Sedi, ipsa Virgo de Guadalupe Patrona Principalis Novae Hispaniae electa est, et a Sanctissimo Christi Vicario hujus Patronatus principalis confirmatio, et Officii proprii, et Missae B. M. V. de Guadalupe concessio fuere impetratae; hisque obtentis, Patronatum predictum solemnissime fuit celebratum.

Apparitionem B. M. V. de Guadalupe continuo approbarunt Episcopi per saeculum et amplius, quoniam, ipsis scientibus, fuit publice hymnis decantata. Tandem continuo et fuit, et est Apparitione approbata ab Episcopis ab ipso tempore Apparitionis usque in hodiernum diem, quoniam ipsis vel praecipientibus, vel concedentibus, templo, et altaria in honorem B. M. V. de Guadalupe et erecta sunt; et extant; et ipsis scientibus, et foventibus, Virginis de Guadalupe cultus est continuus et in templis, et in domibus fidelium, et publice in civitatibus, et etiam praedicatio de Apparitione est continua, et libri Apparitionem narrantes, et propugnantes approbati circumferuntur, et leguntur, et imagines Guadalupenses continuo servantur, et venerantur et in templis, et in fidelium domibus, et publice in processionibus, (1) et honorificentissime in civitatibus exponuntur in festo Apparitionis die 12 Decembris. Quid plura?

His addenda approbatio, etiam continua, Episcoporum in omnibus Dioecesibus extra Mexicanam Nationem, in quibus et templo, et altaria in honorem B. M. V. de Guadalupe sunt erecta, et ejus cultus est stabilitus, et libri de Apparitione tractantes typis editi sunt.

(Videatur Explanatio et comprobatio historica hujus argumenti in 3.<sup>a</sup> Parte hujus Dissertationis).

(1) Dum lege non fuerunt ablatae.

## ARGUMENTUM UNDECIMUM.

*Comprobatur firmissime Apparitio B. M. V. de Guadalupe ex his, quae a Summis Pontificibus acta sunt ad cultum ipsius Sanctissimae Virginis de Guadalupe promovendum et augendum.*

Validum quidem est argumentum, quod ad Apparitionis Guadalupensis stabiendum veritatem desumitur ex constanti approbatione Episcoporum; at multo firmius ipsa veritas comprobatur ex his, quae a Sanctissimis Domini Nostri Jesu Christi Vicariis acta sunt ad cultum, et honorem B. M. V. de Guadalupe promovendum, et augendum. Quae autem ad id assequendum acta sunt a Summis Pontificibus, ad quatuor capita commode reducuntur: haec sunt capita: 1.º Indulgentiarum concessio, sive confraternitatibus in honorem B. M. V. de Guadalupe canonice institutis, sive quibuscumque fidelibus, qui cultui ipsius Deiparae de Guadalupe operam darent sive in ejus templis, sive alio modo. 2.º Concessio honoris, et praeminentiae Templo Tepeyacensi, in quo ipsa originalis Imago B. M. V. de Guadalupe servatur, et venerantur, vel aliis templis ejusdem B. V. de Guadalupe. 3.º Confirmatio Patronatus Principalis B. M. V. de Guadalupe pro universa Nova Hispania, et concessio festi solemnissimi diei 12 Decembris, atque etiam Officii proprii, et Missae propriae in honorem ipsius B. M. V. de Guadalupe. 4.º Extensio hujus festi, etsi minori solemnitate, extra Nationem Mexicanam.

Nullatenus sperandum omnia, et singula hic esse exhibenda, quae a Summis Pontificibus fuerint concessa ad cultum augendum B. M. V. de Guadalupe; nec enim est facile de omnibus notitiam adquirere, quae templis in ejus honorem dicatis in his vel illis locis a Christi Vicariis concessae fuerint. Sufficiat aliqua enarrare, cum hisce in rebus ex auctoritate vis pendeat argumenti; quae

auctoritas maxima est in B. Petri Apostoli Successoribus, qui gratiarum largitione cultum nisi recte exhibatum non foverent. Sequentia ergo attendamus.

Refert P. Florentia quasdam litteras Apostolicas extitisse, quibus confirmabatur, et indulgentiis ditabatur quaedam antiquissima Confraternitas in honorem B. M. V. de Guadalupe, erecta in Templo Tepeyacensi; quae non alia esse potest nisi illa, de qua mentionem facit Pro Rex D. Martinus Enriquez anno 1575. Verum haec Confraternitas injuria temporis interiit, ut inquit ipse Florencio. (1)

Anno circiter 1673 vel 74 alia Confraternitas, de Ordinarii auctoritate, in honorem B. M. V. de Guadalupe in Templo Tepeyacensi fuit erecta, eamque anno 1675 indulgentiis ditavit Sanctissimus D. Clemens Papa X; atque inter illas, indulgentiam plenariam perpetuam praedictus Summus Pontifex concessit utriusque sexus Christi fidelibus, in eadem Confraternitate inscriptis, qui templum Tepeyacense visitarent die 12 Decembris, a primis vesperis usque solis occassum. (2) Die autem 12 Decembris Apparitio B. M. V. de Guadalupe in illo Templo celebrabatur.

Idem Summus Pontifex, anno 1675, concessit, ad tempus, ut Altare majus Tepeyacensis Templi, in quo nemo dubitat venerari Sacram Imaginem B. M. V. de Guadalupe, privilegium esset pro defunctorum confratrum animabus feria secunda ejusque hebdomadae, et in die commemorationis omnium fidelium defunctorum, et per octavam. (3)

Anno 1679 Summus Pontifex Innocentius XI quinque

(1) Florencia, Estrella del Norte de Mexico, cap. 35, núm. 364.

(2) Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 35, núm. 364 et 366 et 367.

(3) Florencia. Ib. núm. 369.

## ARGUMENTUM UNDECIMUM.

*Comprobatur firmissime Apparitio B. M. V. de Guadalupe ex his, quae a Summis Pontificibus acta sunt ad cultum ipsius Sanctissimae Virginis de Guadalupe promovendum et augendum.*

Validum quidem est argumentum, quod ad Apparitionis Guadalupensis stabiendum veritatem desumitur ex constanti approbatione Episcoporum; at multo firmius ipsa veritas comprobatur ex his, quae a Sanctissimis Domini Nostri Jesu Christi Vicariis acta sunt ad cultum, et honorem B. M. V. de Guadalupe promovendum, et augendum. Quae autem ad id assequendum acta sunt a Summis Pontificibus, ad quatuor capita commode reducuntur: haec sunt capita: 1.º Indulgentiarum concessio, sive confraternitatibus in honorem B. M. V. de Guadalupe canonice institutis, sive quibuscumque fidelibus, qui cultui ipsius Deiparae de Guadalupe operam darent sive in ejus templis, sive alio modo. 2.º Concessio honoris, et praeminentiae Templo Tepeyacensi, in quo ipsa originalis Imago B. M. V. de Guadalupe servatur, et venerantur, vel aliis templis ejusdem B. V. de Guadalupe. 3.º Confirmatio Patronatus Principalis B. M. V. de Guadalupe pro universa Nova Hispania, et concessio festi solemnissimi diei 12 Decembris, atque etiam Officii proprii, et Missae propriae in honorem ipsius B. M. V. de Guadalupe. 4.º Extensio hujus festi, etsi minori solemnitate, extra Nationem Mexicanam.

Nullatenus sperandum omnia, et singula hic esse exhibenda, quae a Summis Pontificibus fuerint concessa ad cultum augendum B. M. V. de Guadalupe; nec enim est facile de omnibus notitiam adquirere, quae templis in ejus honorem dicatis in his vel illis locis a Christi Vicariis concessae fuerint. Sufficiat aliqua enarrare, cum hisce in rebus ex auctoritate vis pendeat argumenti; quae

auctoritas maxima est in B. Petri Apostoli Successoribus, qui gratiarum largitione cultum nisi recte exhibatum non foverent. Sequentia ergo attendamus.

Refert P. Florentia quasdam litteras Apostolicas extitisse, quibus confirmabatur, et indulgentiis ditabatur quaedam antiquissima Confraternitas in honorem B. M. V. de Guadalupe, erecta in Templo Tepeyacensi; quae non alia esse potest nisi illa, de qua mentionem facit Pro Rex D. Martinus Enriquez anno 1575. Verum haec Confraternitas injuria temporis interiit, ut inquit ipse Florencio. (1)

Anno circiter 1673 vel 74 alia Confraternitas, de Ordinarii auctoritate, in honorem B. M. V. de Guadalupe in Templo Tepeyacensi fuit erecta, eamque anno 1675 indulgentiis ditavit Sanctissimus D. Clemens Papa X; atque inter illas, indulgentiam plenariam perpetuam praedictus Summus Pontifex concessit utriusque sexus Christi fidelibus, in eadem Confraternitate inscriptis, qui templum Tepeyacense visitarent die 12 Decembris, a primis vesperis usque solis occassum. (2) Die autem 12 Decembris Apparitio B. M. V. de Guadalupe in illo Templo celebrabatur.

Idem Summus Pontifex, anno 1675, concessit, ad tempus, ut Altare majus Tepeyacensis Templi, in quo nemo dubitat venerari Sacram Imaginem B. M. V. de Guadalupe, privilegium esset pro defunctorum confratrum animabus feria secunda ejusque hebdomadae, et in die commemorationis omnium fidelium defunctorum, et per octavam. (3)

Anno 1679 Summus Pontifex Innocentius XI quinque

(1) Florencia, Estrella del Norte de Mexico, cap. 35, núm. 364.

(2) Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 35, núm. 364 et 366 et 367.

(3) Florencia. Ib. núm. 369.

concessit plenarias indulgentias Confraternitati in honorem B. M. V. de Guadalupe erectae in Ecclesia Monasterii Maximi franciscanorum in urbe Mexici, quarum una luerabatur die 12 Decembris, quo die Confraternitas Apparitionem B. M. V. de Guadalupe celebrabat. (1)

Praeclarissimae Sacerdotum Congregationi in honorem B. M. V. de Guadalupe in civitate Queretaro canonicę erectae, non semel indulgentiae, et gratiae a Sancta Sede Apostolica fuere concessae.

Anno 1677 Sanctissimus Pontifex Innocentius XI praedictam Congregationem B. M. V. de Guadalupe, in civitate Queretaro existentem, aggregavit Confraternitati Doctrinae Christianae Romae existenti, communicatis indulgentiis, et aliis gratiis Confraternitati Romanae concessis. Atque praedictus Summus Pontifex, praeter alias, indulgentiam plenariam Guadalupensi Congregationi concessit, luerandam die 12 Diciembre, praevia confessione, et Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum digne suscipiendo. (2) Eo autem die Congregatio Apparitionem B. M. V. de Guadalupe celebrabat.

Anno 1691 Sanctissimus Pontifex Innocentius XII, praeter alias indulgentias, concessit Sacerdotibus saecularibus ejusdem Congregationis Guadalupensis in civitate Queretaro existentis, plenariam indulgentiam pro devota visitatione Templi Guadalupensis die 12 Decembris. (3)

Sanctissimus Pontifex Benedictus XIII Ecclesiam Guadalupensem praedictae Congregationis civitatis Queretaro, Romanae Lateranensi Ecclesiae univit, propterea quod quam plurimis indulgentiis Guadalupense templo civitatis Queretaro ditatum fuit. (4)

(1) Oquendo, Disser. histor. sobre la Aparicion, etc., tom. II, cap. 8, § 1, núm. 606.

(2) Glorias de Querétaro, cap. IX.

(3) Glorias de Querétaro, ib.

(4) Glorias de Querétaro, ib.

Sanctissimus Pontifex Clemens XIV alias concessit indulgentias praedictae Ecclesiae B. M. V. de Guadalupe. (1)

Praeter has indulgentias, plusquam triginta vicibus diversis temporibus eidem Ecclesiae Guadalupensi civitatis Queretaro indulgentias (temporales pro majori parte) Sedes Apostolica concessit. (2)

Summus Pontifex Benedictus XIII anno 1725 litteras dedit de erectione Ecclesiae Collegiatae B. M. V. de Guadalupe ad Tepeyacatl, cum honorabili titulo *Collegiatae Insignis*. Ad hanc dignitatem erat evehenda Ecclesia parochialis B. M. V. de Guadalupe. (3)

Verum e vivis excessit Mexicanus Archipraesul, cui Collegiatae Ecclesiae erectio commitebatur, quapropter aliae, et aliae litterae Apostolicae debuerunt impetrari; at vero praedictae Ecclesiae erectio impediebatur, sive adversa valetudine, sive gravissimis negotiis quibus erat intentus ille cui commitebatur, sive aliis de causis, donec, sedente in Apostolico Solio SS. D. Benedicto XIV, litteras ea de re dedit anno 1746, quibus denique Collegiata Ecclesia B. M. V. de Guadalupe ad Tepeyacatl fuit canonice constituta, (4) eademque usque ad hodiernum diem unica est Ecclesia illa dignitate insignita in universa Mexicana Natione.

Sanctissimus Pontifex Benedictus XIV, anno 1752 Ecclesiae Collegiatae B. M. V. de Guadalupe ad Tepeyacatl altare privilegiatum concessit, "ut quandcumque Sacerdos aliquis saecularis, vel cuiusvis Ordinis, Congregationis, et Instituti regularis, Missam defunctorum pro anima cujuscumque Christi fidelis, quae Deo in

(1) Glorias de Querétaro, ib.

(2) Glorias de Querétaro, ib.

(3) Oquendo, Disser. histor. sobre la Aparicion, etc., tom.

2, cap. 9, § 1, núm. 672.

(4) Oquendo ubi supra.

charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad praefatum altare celebraverit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii indulgentiam consequatur, ita ut ejusdem Domini nostri Jesu Christi, ac Beatissimae Virginis Mariae, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus, a purgatoriis poenis liberetur.” (1)

Idem Santissimus Pontifex Benedictus XIV anno 1754 praedictum altare privilegium rursus confirmavit; atque etiam ipsam Ecclesiam Collegiatam ad Tepeyacatl in honorem B. M. V. de Guadalupe erectam, necnon et Confraternitatem sub titulo et invocatione ejusdem B. V. de Guadalupe ibidem erectam vel erigendam, indulgentias ditavit. Atque etiam Ecclesiae in Summo Tepeyacatl ubi non semel B. Virgo de Guadalupe apparuit, in honorem ejusdem Deiparae de Guadalupe erectae, indulgentias concessit. (2)

Ipse SS. D. Benedictus XIV electionem B. M. V. de Guadalupe in principalem Novae Hispaniae Patronam auctoritate Apostolica confirmavit, necnon et Officium proprium, et Missam propriam in ejus festo celebrari concessit. (3)

Electionem praedictam SS. Christi Vicarius approbavit, “cum omnibus et singulis praerogativis, quae juxta Breviarii Romani rubricas Sanctis Patronis principalibus et Protektoribus competunt,” et indulsit atque mandauit, “ut annua ipsis Beatissimae Virginis Mariae de Gu-

(1) Litteras Apostolicas videre licet apud Oquendo, Disert hist sobre la Aparicion, etc., tomo 2, cap. IX, § 3; et in opere cui titulus: Coleccion de Obras y Opusculos pertenecientes á la Aparicion, etc., tom. 1 in principio.

(2) Litterae Apostolicae videantur in operibus et in locis modo cit.

(3) V. Lectio VI in Officio approbato B. M. V. de Guadalupe.—Et insuper Litterae Apostolicae videantur in operibus et in locis supra cit.

dalupe festa dies duodecima Decembris in perpetuum sub ritu duplii primae classis cum octava peragatur.” (1)

En aliam concessionem SS. D. Benedicti XIV, in honorem B. M. V. de Guadalupe, quam ita refert Maneirus: (2) P. Franciscus Lopez “hoc eodem pietatis nomine consecrari excoigitavit cerea coelestis Agni amuleta, quibus in parte adversa obsignaretur Guadalupana. Rem detulit ad Pontificem, qui cum audiret ingentem consecrandorum numerum ab homine postulatum, renuebat quidem, id causatus, a magna copia ejusmodi sacris imminui reverentiam, et se cavere admodum, ne porcis mitteret margaritas. Cui Lopezius: *Equidem, Beatissime Pater, quidquid alibi fuerit, Mexicanorum causam ago, et nullo mendaci periculo testor in illa Orbis parte maximam iis amuletis venerationem praestari: nam et in aris collocantur, et pio matronarum ornamento sunt, quarum e collo pendunt thecis aureis, aut argenteis inclusa; et nunquam nisi a Sacerdote, nuda hominis manu continguntur.* Conmovoit Pontificis animum illa Novi Orbis religio; quam ut fovere, lubentissime se praestitit orantis voluntati.”

Ipse SS. D. Benedictus XIV officium proprium et Missam propriam B. M. V. de Guadalupe in omnibus dominii Hispaniarum Regi eo tempore subjectis, ritu duplii majori recitare concessit. (3)

Sanetissimus Dominus Benedictus XIV, quoniam causa impetrandi confirmationem Guadalupensis Patronatus, et Officii proprii, et Misae in festo B. M. V. de Guadalupe, Imago Deiparae de Guadalupe quo melius

(1) Litterae Apostolicae videantur in operibus et eorum locis praecit.

(2) De Vitis aliquot mexicanorum. etc. tom. 2, ubi de P. Francisco Lopez, per medium.

(3) Ita constat in Breviario, in proprio Sanctorum qui in Hispania celebrantur, in fine.

fieri potuit depicta, ipsi oblata fuit, eamdem Imaginem misit ad monasterium monialium Visitationis in alma urbe Roma, ut ibi honoraretur debito cultu. (1)

Ecclesia Collegiata B. M. V. de Guadalupe Romanae Ecclesiae Lateranensi unita fuit. (2)

Sanctissimus Dominus Pius VI concessit Missam propriam B. M. V. de Guadalupe, mexicanis concessam, etiam Bononiae dici in solemnitate ejusdem B. Virginis, in quadam Ecclesia S. Joannis Baptiste, in qua altare in honorem B. M. V. de Guadalupe dicatum fuit devotione et diligentia P. Benedicti Velasco, Soc. Jesu, qui fuit unus ex illis, qui decreto Caroli III. Hisp. Regis, mexicanum solum, Patria exules, deserere coacti sunt. (3)

Sanctissimus Pontifex Pius VI anno 1785 plenariam indulgentiam in hora mortis lucrandam concessit quibuscumque Christi fidelibus, qui secum detulissent numisma sacrum ex Collegiata Ecclesia Guadalupensi acquisitum. In illis numismatibus insculpta erat Imago B. M. V. de Guadalupe. (4)

(1) Ita refertur in *Dedicatoria* ipsis monialibus libri trium dierum deprecationis B. M. V. de Guadalupe. Quod librum Hispane scriptum, italice translatum est illis monialibus dictum, ac deinde iterum hispane versum est. Quod trium dierum deprecationis librum, hispane translatum, insertum est in opere, cui titulus *Colección de obras y opúsculos pertenecientes á la Aparición*, etc., tom. I.

(2) Prae oculis habetur *Transumptum Litterarum* hujus aggregationis, quae originales servantur in archivo Ecclesiae Collegiatae B. M. V. de Guadalupe. De Transumpti fideliitate certos nos prout de jure facit Secretarius Capituli ejusdem Ecclesiae Collegiatae.

(3) Maneiro, *De vitis aliquod mexicanorum*, etc., tom. 3, in Appendix, ubi de Benedicto Velasco.

(4) Oquendo, *Disert. hist. sobre la Aparición*, etc., tom. 2, cap. 9, § 2, núm. 694.

SS. D. Gregorius XVI in Bulla de dierum festorum reductione, diei 17 Maii anni 1839, suppressis quibusdam ex festis diebus, qui Mexici servabantur, quantum ad festa in honorem B. M. V., sex reliquit, quae deinceps Mexici essent servanda cum obligatione Missam audiendi, et cessandi ab operibus servilibus; atque in illis remanere decrevit, quod jam servabatur festum B. M. V. de Guadalupe; (1) quod ab omnibus libentissime observatur, et ex obedientia debita Sanctissimo Christi Vicario, et propter eximium amorem erga ipsam Dei Genitricem, quae, insigni Apparitionis beneficio, praeclarissime suam in nos charitatem ostendit.

Sanctissimus Pontifex Pius IX indulgentias concessit confraternitati B. M. V. de Guadalupe, erectae in ejus Ecclesia in civitate Guadalaxara: cui Confraternitati perpetua Sacrae Imaginis de Guadalupe in illa Ecclesia, per diem et per aliquam noctis partem, veneratio incumbit, confratribus alternatim sibi succendentibus, qui Deiparam de Guadalupe venerantur candelas accensas ante ipsam tenentes. Inter illas indulgentias, concessit Summus Pontifex unam saxaginta dierum, lucrandam a confratribus, qui per dimidiae horae spatium, accensam tenentes candelam, venerationi ipsius B. M. V. de Guadalupe operam darent. (2)

Idem Summus Pontifex Pius IX concessit privilegatum esse singulis diebus altare majus ipsius Ecclesiae Guadalupensis civitatis Guadalaxarae, in quo B. M. V. de Guadalupe Imago veneratur. Atque etiam plenariam indulgentiam concessit in eadem Ecclesia lucrandam die 12 uniuscujusque mensis. (3)

(1) Haec Bulla, Hispane translata, habetur post *Annotaciones* P. Arrillaga, Soc. Jesu, ad *Concilium III Mexicanum*, in Appendix — Typ. ed. M-xici anno 1859.

(2) Ita constat in *Summario indulgentiarum*, quod confratribus datur.

(3) Ita constat in *Summario cit.*

Smus D. Leo XIII Apostolicam Benedictionem populo impertiri concessit die 12 Decembris in B. M. V. de Guadalupe Collegiata Ecclesia ad Tepeyacatl. (1)

#### ARGUMENTUM DUODECIMUM.

*Specialiter pertinens ad illud quod in miraculo Apparitionum permanens fuit.*

*Judicio peritorum virorum, qui juxta scientiae, et artis leges, Imaginem B. M. V. de Guadalupe inspexerunt, ipsa Imago supernaturaliter depicta fuisse probatur.*

Non semel examini, et judicio peritorum hominum subjecta fuit Sacra Imago B. M. V. de Guadalupe, ut illi, quid de ipsa Imagine juxta scientiam et conscientiam suam judicarent, ingenue testarentur.

Anno 1666, cum testium interrogatione et dictis procederetur ad Apparitionis B. M. V. de Guadalupe veritatem juridice stabilendam, conveniens visum est ipsam Imaginem a viris peritis inspici, ut horum judicium ad veritatem Apparitionis juridice inquirendam inserviret. Septem ergo pictores electi sunt, scilicet, Presbyter D. Joannes Salguero, D. Thomas Conrado, D. Sebastianus Lopez de Avalos, D. Nicolaus de Fuen Ladrada, D. Nicolaus de Angulo, D. Joannes Sanchez, et D. Alphonsus Zarate. De his testatur P. Florencia quod pictores erant examinati, et approbati, atque multos per annos in sua arte versati publico plausu. Illi ergo, juramento coram judicibus ecclesiasticis prout de jure praestito, praevia diligentia Sanctae Imaginis recognitione, et juxta artis regulas judicantes, unanimiter asseruerunt e talem Imaginem

(1) Ita constat in Directorio Ecclesiastico Mexicanae Archidioecesis: atque etiam illud annuntiant catholici scriptores die 11 Decembris. V. *La Voz de México, El Tiempo.*

in palliolo (*Ayat*) Joannis Didaci fuisse depictam, opus esse supernaturale, et secretum Divinae Majestati reservatum: "Que el estar en el Ayate ó Tilma del dicho Juan Diego, estampada la dicha Imagen de Nuestra Señora de Guadalupe, fue y se debe atribuir y entender haber sido obra sobrenatural y secreto reservado á la Divina Magestad." (1)

Peritiam horum pictorum etiam testatur Cabrera. (2)

Adsciti quoque fuere Medici tres, Doctorali laurea decorati, et Cathedras obtinentes in Mexicana Universitate, qui, utpote periti in physicis rebus, de Sacrae Imaginis conservatione judicium ferrent. Illi autem, loci adjuncta perpendentes, quoniam Sacra Imago servata est circa ripam lacus de Texcoco, ventis humidis, et callidis afflantibus, et etiam nitro nocente, tam longo temporis spatlio, scilicet, centum et triginta et quinque annorum, qui ab Apparitione transierant, juxta naturae leges Imaginem jam destructam fui se, inevitabile dixerunt; et non nisi miraculose per illud tempus illaesa sua forma, et vividis coloribus, in *ayat* depicta B. M. V. de Guadalupe Imago potuisse permanere. (3)

Si autem Sacrae Imaginis per centum et triginta et quinque annos conservatio, ventis humidis, et callidis, et nitro in contrarium agentibus, peritorum judicio miraculosa dici debuit, opportunum dueimus animadvertere, ut hujus judicii firmitas magis ac magis percipiatur, in illis

(1) Videantur haec fusius apud Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 13, § 4, n.º 136, et sequentibus.—Videantur etiam Uribe, Dissert. Histor.-critica sobre la Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe, § XI; et Tornel, La Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe, tom. I, cap. XI.

(2) Escudo de armas de México, lib. 3, cap. 12, n.º 619.

(3) Videatur hoc fusius apud Florencia, opere et cap. cit. § 5.—Videantur etiam Cabrera, opere, lib. et cap. cit., n.º 620, et Tornel opere et cap. cit.

Smus D. Leo XIII Apostolicam Benedictionem populo impertiri concessit die 12 Decembris in B. M. V. de Guadalupe Collegiata Ecclesia ad Tepeyacatl. (1)

#### ARGUMENTUM DUODECIMUM.

*Specialiter pertinens ad illud quod in miraculo Apparitionum permanens fuit.*

*Judicio peritorum virorum, qui juxta scientiae, et artis leges, Imaginem B. M. V. de Guadalupe inspexerunt, ipsa Imago supernaturaliter depicta fuisse probatur.*

Non semel examini, et judicio peritorum hominum subjecta fuit Sacra Imago B. M. V. de Guadalupe, ut illi, quid de ipsa Imagine juxta scientiam et conscientiam suam judicarent, ingenue testarentur.

Anno 1666, cum testium interrogatione et dictis procederetur ad Apparitionis B. M. V. de Guadalupe veritatem juridice stabilendam, conveniens visum est ipsam Imaginem a viris peritis inspici, ut horum judicium ad veritatem Apparitionis juridice inquirendam inserviret. Septem ergo pictores electi sunt, scilicet, Presbyter D. Joannes Salguero, D. Thomas Conrado, D. Sebastianus Lopez de Avalos, D. Nicolaus de Fuen Ladrada, D. Nicolaus de Angulo, D. Joannes Sanchez, et D. Alphonsus Zarate. De his testatur P. Florencia quod pictores erant examinati, et approbati, atque multos per annos in sua arte versati publico plausu. Illi ergo, juramento coram judicibus ecclesiasticis prout de jure praestito, praevia diligentia Sanctae Imaginis recognitione, et juxta artis regulas judicantes, unanimiter asseruerunt e talem Imaginem

(1) Ita constat in Directorio Ecclesiastico Mexicanae Archidioecesis: atque etiam illud annuntiant catholici scriptores die 11 Decembris. V. *La Voz de México, El Tiempo.*

in palliolo (*Ayatl*) Joannis Didaci fuisse depictam, opus esse supernaturale, et secretum Divinae Majestati reservatum: "Que el estar en el Ayate ó Tilma del dicho Juan Diego, estampada la dicha Imagen de Nuestra Señora de Guadalupe, fue y se debe atribuir y entender haber sido obra sobrenatural y secreto reservado á la Divina Magestad." (1)

Peritiam horum pictorum etiam testatur Cabrera. (2)

Adsciti quoque fuere Medici tres, Doctorali laurea decorati, et Cathedras obtinentes in Mexicana Universitate, qui, utpote periti in physicis rebus, de Sacrae Imaginis conservatione judicium ferrent. Illi autem, loci adjuncta perpendentes, quoniam Sacra Imago servata est circa ripam lacus de Texcoco, ventis humidis, et callidis afflantibus, et etiam nitro nocente, tam longo temporis spatio, scilicet, centum et triginta et quinque annorum, qui ab Apparitione transierant, juxta naturae leges Imaginem jam destructam fui se, inevitabile dixerunt; et non nisi miraculose per illud tempus illaesa sua forma, et vividis coloribus, in *ayatl* depicta B. M. V. de Guadalupe Imago potuisse permanere. (3)

Si autem Sacrae Imaginis per centum et triginta et quinque annos conservatio, ventis humidis, et callidis, et nitro in contrarium agentibus, peritorum judicio miraculosa dici debuit, opportunum dueimus animadvertere, ut hujus judicii firmitas magis ac magis percipiatur, in illis

(1) Videantur haec fusius apud Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 13, § 4, n.º 136, et sequentibus.—Videantur etiam Uribe, Dissert. Histor.-critica sobre la Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe, § XI; et Tornel, La Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe, tom. I, cap. XI.

(2) Escudo de armas de México, lib. 3, cap. 12, n.º 619.

(3) Videatur hoc fusius apud Florencia, opere et cap. cit. § 5.—Videantur etiam Cabrera, opere, lib. et cap. cit., n.º 620, et Tornel opere et cap. cit.

135 annis includi centum et sexdecim anni, quibus Sacra Imago crystalli protectione caruit, (1) ac proinde facilius adversus eam destructionis causae agere potuerunt; atque etiam in his 116 annis, quibus Sancta Imago absque crystalli protectione permansit, includi anni fere quinque, quibus Mexicea in Cathedrali detenta fuit, scilicet, ab anno 1629 ad annum 1634, (2) quo tempore, aquis urbem inundantibus, ab humidi aeris pernicie, nec intra templum maximum poterat defendi.

Nec solum aeris humidi, et callidi, et nitri perniciei exposita fuit Imago B. M. V. de Guadalupe, maxime dum per 116 annos, absque crystalli protectione permansit; verum etiam candelarum ardentium, et incensi fumo continuo, et pulveri, et fidelium tactui, et osculis, et frictionibus, quae nullatenus vitari poterant, propter tactum physicum rosariorum, numismatum, et imaginum, etc., (3) quae omnia, pio affectu, postquam originalem Imaginem physice tetigerant, fideles secum afferebant: vel etiam illae imagenes in aliis templis collocabantur. Cum autem de incenso loquitur, cuius fumo Sacra Imago de Guadalupe exposita fuit, caveat lector ne intelligat de solo incenso in Missa solemni, sed de incenso continuo: nam constat primis temporibus alternatim per hebdomadas ex Quauhtitlan foeminas Tepeyacac adire ut coram Imagine B. V. de Guadalupe incensum juxta suam devotionem cremarent. (4)

Consuetudo tangendi physice ad Sacram Imaginem de

(1) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 17, núm. 705.

(2) Cabrera, ib. lib. 3, cap. 18, núm. 712 et seq.

(3) Uribe, Diser. hist. critic, sobre la Aparicion, § 11, págs. 226 et seq.

(4) V. Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 13, § I, núm. 109. Qnanto tempore id fuerit in usu non dicit hic auctor.

Guadalupe imágenes, etc. nec postea cessavit: refert enim Dr. Uribe, (1) qui scripsit declinante jam saeculo XVIII, adhuc eo tempore causas non defuisse ut quinque aut sex vias in unoquoque anno, per duas circiter horas, absque crystallo Sacra Imago reverenter aspicetur, atque tunc et immediate a fidelibus osculari, et ut innumera numismata, et rosarios, et Imagenes, etc., ipsam sacram Imaginem physice tangerent permisum erat.

Pio animo facta sunt haec; verum valde imprudenter: Dominus enim Sacram Imaginem B. M. V. de Guadalupe benignissima pietate nobis concessit; non tamen conservationem ejus promisit; unde diligentissime tam venerabilis Imago servari debet; et valde improbandum quod destructionis causae fuerint appositae. Dubitari nequit, juxta naturae leges tot destructionis causas jam pridem ruinam Sacrae Imagini allaturas fuisse, nisi Dominus illam conservare voluisset. Insuper timendum ne propter peccata nostra tanto dono aliquando careamus.

Anno 1751 rursus examini et judicio pictorum peritis simorum subjecta fuit mirabilis Imago B. M. V. de Guadalupe. Illi pictores fuere D. Michael Cabrera, qui caeteris praefuit, D. Joseph Ibarra, D. Emmanuel de Osorio, et D. Joannes Patritius Morlete Ruiz. Horum judicio stabilitum fuit Imaginem B. M. V. de Guadalupe supernaturaliter esse depictam in ayatl Joannis Didaci. Inde prodidit opuseculum D. Michaelis Cabrera, cui titulus *Maravilla Americana* etc. (quod in 1.<sup>a</sup> Parte hujus Dissertationis integrum inseritur), quod approbaverunt et caeteri pictores memorati, et tres alii, scilicet, D. Franciscus Antonius Vallejo, D. Joseph de Alcibar, et D. Joseph Arnaez; qui etiam diligenter inspicerant Sacram Imaginem. Supernaturaliter depictam Imaginem B. M. V. de Guada-

(1) Ubi supra.

lupe probatum fuit. (1) Nullatenus dubitandum de horum pictorum peritia, quibus, et qui praefuit, ab omnibus praeclarissimus habetur, scilicet, D. Michael Cabrera.

Versus finem saeculi proxime acti tertio Venerabilis Imago peritorum virorum judicio subjecta fuit: quod ita factum est. Dr. Joseph Ignatius Bartolache, qui Theologiae et Jurisprudentiae operam dederat, qui Medicinae lauream doctoralem obtinuit, necnon et Matheseos, et Physicae, et Chimicae scientiarum peritus evaserat, atque in arte pingendi plus quam medriocriter fuit instructus, tertiam inspectionem Guadalupensis Imaginis fieri curavit; atque ita processit: Ayatl simile illi in quo Imago depicta est, exquisita diligentia fecit elaborari; atque a Collegiatae Capitulo obtinuit ut Sacra Imago, absque crystallo, a pictoribus electis, et coram publico tabellione, et aliis testibus inspiceretur: ac deinde, qui inter illos pictores ab ipsis eligeretur, in parato ayatl imaginem Guadalupensem depingeret, quae originalem quo melius fieri posset imitaret, quatuor aliis pictoribus picturam, quoties conveniens existimarent videntibus dum eficeretur, quaeque animadvertere occurreret, animadvententibus.

Haec ergo Imago, quae ita pulchra evasit, ut omnes illam admirarentur; atque etiam alia imago a D. Raphael Gutierrez similiter in *ayatl* depicta, in Ecclesiam Collegiatam deductae sunt, ut cum originali Guadalupensi Imagine compararentur, quod quidem eo temporis spatio, atque illa diligentia factum est, ut peritis omnino fieret satis. Quinque pictores coram publico tabellione hanc fecerunt comparationem, scilicet Andreas Lopez,

(1) Uribe. Dissert. Hist. crit. sobre la Aparicion, etc. § 11. — Tornel. La Aparicion de N. Señora de Guadalupe, tom. I, cap. 11.—V. Opusculum Michaelis Cabrera, et pictorum approbationes in 1<sup>a</sup> Parte hujus Dissertationis.

Raphael Gutierrez, Marianus Vasquez, Emmanuel Garcia, Robertus Gutierrez: hi autem omnes affirmarunt nullam praedictarum imaginum originalem identice representare; que *ninguna de las dos imágenes cotejadas era copia identica de la original*. Bartolache dicit pingendi modum in originali Imagine Guadalupensi esse inimitabilem, quantalibet adhibeat diligentia, quod asserit se ipsum semper ita judicasse. Atque hac vice, ut ipse asserit, et palpavit, et pluribus aliis ostendit.

Praedicti pictores coram publico tabellione a Bartolache interrogati, quoniam juxta suae facultatis regulas, atque omni deposita affectione, sacram Imaginem miraculose depictam judicarent? Responderunt ita quidem esse quantum ad illud quod in ipsa Imagine substantiale est et primitivum; nullatenus vero in illis, quae manu audaci posteriori tempore adjecta esse apparetant. (Testantur enim graves auctores aliquando, pio quidem animo, sed barbare et ignoranter, circum sacram Imaginem Querubim pictos fuisse, atque etiam aurum superaditum fuisse in radiis Solis, quibus Imago circundatur, et argentum in Luna). Haec quae posterius sacrae Imagini addita sunt, temporis progressu in deteriorius veniunt, et etiam cadunt: aliquid autem ex additis adhuc stare quando haec Imaginis inspectio facta fuit, constat ex pictorum adducto testimonio. Haec omnia testata sunt anno 1787. (1)

Ex his colligitur, non modo caeteras Apparitiones B. M. V. Joanni Didaco, verum etiam ipsius Imaginis de Guadalupe apparitionem veram esse dicendam.

(Pro hujus argumenti explanatione videatur opusculum D. Michaelis Cabrera; Maravilla Americana, etc., et ejus approbationes in 1<sup>a</sup> Parte hujus Dissertationis).

(1) V. Tornel, La Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe, etc., tom. I, cap. 12, ubi haec omnia fusius narrat.

**ARGUMENTUM DECIMUM TERTIUM.**

*Veritas Apparitionis comprobatur per miracula, quae  
B. M. V. de Guadalupe invocata, Dominus  
operator est.*

Operis ergo pretium est de his miraculis nonnihil, et si breviter, dicere. Et primo quaedam adducentur testimonia, quae de illis generaliter fidem faciunt: deinde aliqua miracula (brevitati consulendo) narrabuntur.

Sit igitur primum testimonium Bernardi Diaz del Castillo, qui miles affuit debellationi Mexici urbis ab hispanis, et in ea, quam scripsit Historia atque finivit anno 1568, ita loquitur: "Miren la Santa Casa de Nuestra Señora de Guadalupe que está en lo de Tepeaquilla (Tepeyacac) . . . y miren los santos milagros que ha hecho y hace cada dia." (1) Notant autem scriptores hunc auctorem nihil pronum fuisse ad miracula admittenda: propterea quod testimonium ejus majorem habet vim, dum miracula asserit facta esse B. M. V. de Guadalupe invocata.

Sit secundum testimonium Fr. Ludovici de Cisneros, qui scripsit anno 1616, et ita ait de Imagine B. M. V. de Guadalupe ad Tepeyacatl. "Es una Imagen de gran devoción y concurso, casi desde que se ganó la tierra, que hace y ha hecho muchos milagros." (2)

Tertium sit testimonium ex sexta lectione Matutin in Officio B. M. V. de Guadalupe a SS. D. Benedicto XIV approbato, ubi de Sacra Imagine de Guadalupe, sic dicitur: "Magnifico excepta templo, ingenti colitur populorum ac miraculorum frequentia."

(1) Locum litteraliter adducunt Oquendo, Disert. histor. sobre la Aparicion, tom. 2, cap. 7, § 4, núm. 510.—Tornel, La Aparicion de N. Señora de Guadalupe, tom. I, c. 13, núm. 215.

(2) Locum litteraliter adducunt Oquendo, opere tom. et cap. cit., § 2, núm. 487.—Tornel ubi supra, núm. 216.

Nunc autem nonnulla mirabilia specialiter referre est opportunum.

Eo ipso die, quo a Rmo. Zumarraga Sacra Imago de Guadalupe in primo Tepeyacensi Templo collocata fuit, cum indi, solemnitatis causa simulacrum belli fecissent, extra intentionem accidit quod sagitta indum quemdam in collo percussit: atque illum, vel jam vitam exhalantem, vel penitus mortuum, ad Sacram Imaginem detulerunt, Deiparam cum dolore et lacrymis pro illo deprecantes. Indus ergo, qui percusus fuerat, vivus et sanus surrexit. (1)

Equo incedens e Mexico in Tollantzinco iter faciebat juvenis quidam: dum ergo iter faceret, equus freni subjectioni sese subducens, velocissime cucurrit, et juvenem e ephippio ejectum, et pede e scandula suspensum, traxit per solum lapidesque raptatum per spatium leucae circiter dimidiae: verum B. M. V. de Guadalupe juvenis invocavit; atque, equo sistente, sanus inventus est. Tam mirabile beneficium pictis coloribus repraesentatum in Templo Tepeyacensi videbatur adhuc cum scripsit P Florencia opus cui titulus, La Estrella del Norte de México. (2)

Plaga insanabili infirmabatur Fr. Petrus de Valderrama, nec aliud agendum medici arbitrabantur nisi pedem illi amputare: ductus autem praedictus Valderrama in Templum Tepeyacense, Deiparam coram ejus

(1) V. antiqua Narratio Apparitionis mexicane scripta, et a Lazo de la Vega typ. edita; ubi miracula narrat.—Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 19, núm. 227. Animadversendum, miracula B. M. V. de Guadalupe a diversis auctoribus narrari; sed brevitatis causa unum aut alterum auctorem citare sufficiat.

(2) Florencia ib. núm. 232 et 233. V. etiam Narratio Mexicana Apparitionis supra cit. ubi de miraculis.

**ARGUMENTUM DECIMUM TERTIUM.**

*Veritas Apparitionis comprobatur per miracula, quae  
B. M. V. de Guadalupe invocata, Dominus  
operator est.*

Operis ergo pretium est de his miraculis nonnihil, et si breviter, dicere. Et primo quaedam adducentur testimonia, quae de illis generaliter fidem faciunt: deinde aliqua miracula (brevitati consulendo) narrabuntur.

Sit igitur primum testimonium Bernardi Diaz del Castillo, qui miles affuit debellationi Mexici urbis ab hispanis, et in ea, quam scripsit Historia atque finivit anno 1568, ita loquitur: "Miren la Santa Casa de Nuestra Señora de Guadalupe que está en lo de Tepeaquilla (Tepeyacac) . . . y miren los santos milagros que ha hecho y hace cada dia." (1) Notant autem scriptores hunc auctorem nihil pronum fuisse ad miracula admittenda: propterea quod testimonium ejus majorem habet vim, dum miracula asserit facta esse B. M. V. de Guadalupe invocata.

Sit secundum testimonium Fr. Ludovici de Cisneros, qui scripsit anno 1616, et ita ait de Imagine B. M. V. de Guadalupe ad Tepeyacatl. "Es una Imagen de gran devoción y concurso, casi desde que se ganó la tierra, que hace y ha hecho muchos milagros." (2)

Tertium sit testimonium ex sexta lectione Matutin in Officio B. M. V. de Guadalupe a SS. D. Benedicto XIV approbato, ubi de Sacra Imagine de Guadalupe, sic dicitur: "Magnifico excepta templo, ingenti colitur populorum ac miraculorum frequentia."

(1) Locum litteraliter adducunt Oquendo, Disert. histor. sobre la Aparicion, tom. 2, cap. 7, § 4, núm. 510.—Tornel, La Aparicion de N. Señora de Guadalupe, tom. I, c. 13, núm. 215.

(2) Locum litteraliter adducunt Oquendo, opere tom. et cap. cit., § 2, núm. 487.—Tornel ubi supra, núm. 216.

Nunc autem nonnulla mirabilia specialiter referre est opportunum.

Eo ipso die, quo a Rmo. Zumarraga Sacra Imago de Guadalupe in primo Tepeyacensi Templo collocata fuit, cum indi, solemnitatis causa simulacrum belli fecissent, extra intentionem accidit quod sagitta indum quemdam in collo percussit: atque illum, vel jam vitam exhalantem, vel penitus mortuum, ad Sacram Imaginem detulerunt, Deiparam cum dolore et lacrymis pro illo deprecantes. Indus ergo, qui percusus fuerat, vivus et sanus surrexit. (1)

Equo incedens e Mexico in Tollantzinco iter faciebat juvenis quidam: dum ergo iter faceret, equus freni subjectioni sese subducens, velocissime cucurrit, et juvenem e ephippio ejectum, et pede e scandula suspensum, traxit per solum lapidesque raptatum per spatium leucae circiter dimidiae: verum B. M. V. de Guadalupe juvenis invocavit; atque, equo sistente, sanus inventus est. Tam mirabile beneficium pictis coloribus repraesentatum in Templo Tepeyacensi videbatur adhuc cum scripsit P Florencia opus cui titulus, La Estrella del Norte de México. (2)

Plaga insanabili infirmabatur Fr. Petrus de Valderrama, nec aliud agendum medici arbitrabantur nisi pedem illi amputare: ductus autem praedictus Valderrama in Templum Tepeyacense, Deiparam coram ejus

(1) V. antiqua Narratio Apparitionis mexicane scripta, et a Lazo de la Vega typ. edita; ubi miracula narrat.—Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 19, núm. 227. Animadversendum, miracula B. M. V. de Guadalupe a diversis auctoribus narrari; sed brevitatis causa unum aut alterum auctorem citare sufficiat.

(2) Florencia ib. núm. 232 et 233. V. etiam Narratio Mexicana Apparitionis supra cit. ubi de miraculis.

sacra Imagine de Guadalupe invocavit, ta que inde omnino sanus exi<sup>vit</sup>. Pictis coloribus repraesentatum hoc miraculum in Tepeyacensi Templo videbatur. (1)

Rmus Fr. Thomas de Monterroso, Episcopus Oaxaquensis, praevia doctorum virorum consultatione, miraculose recuperatam declaravit sanitatem ejusdam mulieris infirmae, cui potanda data fuit aqua cum cineribus unius ex linteis, quibus ob reverentiam operiebatur Imago Guadalupensis, facta juxta originalem, in templo in ejus honorem erecto ad illam civitatem; quod linteum ustum fuerat aliqua scintilla emissâ ex candelis in Imaginis honore accensis. Simul etiam miraculum agnoscendum duxit in eo quod illud linteum, quod medium erat, ustum fuerit, illaesis aliis remanentibus, quae ex utroque latere ipsi erant contigui. Rmus Monterroso solemnem gratiarum actionem decrevit, ita ut die duodecima decembri illius anni, qui fuit 1665, in praedicto templo B. M. V. de Guadalupe, ipso Antistite, et Cathedralis Capitulo adstantibus, Missa in ejusdem Virginis honorem solemniter celebraretur, concione habita ad populum. (2)

Rmus. Dr. D. Pantaleon Alvarez, Agelopolitanus Episcopus, praevio juridico processu, in quo, inter alios, tres medici, et chirurgus unus testimonium dedere, miraculosam declaravit sanitatem, quam, cum graviter infirmaretur, statim consecuta est quaedam monialis monasterii Sanctae Catarinae, applicata sibi ad pectus quadam Imagine B. M. V. de Guadalupe, et ipsa Sanctissima Virgine invocata die 12 Decembri anni 1755. Quidam scriptor, ut de hoc miraculo firmius adhuc constaret, anno 1883, consuluit de eo peritissimum medicum mexicanum D. Emmanuelem Carmona y Valle, qui diligenter inspecto juridico processu, quem transcriptum apud se

(1) Florentia, Opere cit., cap. 21, nûm. 241 et seq.

(2) Florencia ib. cap. 26.

habuit, remque juxta hodiernum scientiae profectum considerans, etiamsi infirmitatem non reputet ex se insanabilem, tamen miraculum dixit quod cum monialis in summam gravitatem devenisset, statim sanitatem recuperavit. Haec omnia fuse tractantur in opere cui titulus, *Santa María de Guadalupe Patrona de los mexicanos*, § XVI, nûm. 325 et sequentibus, typ. edit anno 1884 de Ordinarii licentia.

Alia mirabilia narrantur ab auctoribus; (1) sed non necesse est omnia referre: tantummodo non nihil dicendum de speciali B. M. V. protectione adversus pestem, et pro conservanda apud nos vera religione. Consulto ab Archipraesule Mexico Metropolitano Capitulo super Civitatis (del Ayuntamiento) petitione de eligenda B. M. V. de Guadalupe in Principalem Patronam, quando terribili peste urbs Mexica vexabatur, anno 1737, inter alia haec in Capituli responsione habentur: "En varias epidemias de los siglos pasados de diez y seis y diez y siete, principalmente en la del fin del año de 96 y principios de 97 . . . despues de varias procesiones generales, rogativas y espirituales remedios, . . . por ultimo refugio se imploró el auxilio de esta Santísima Imagen (de Guadalupe) por un novenario que hicieron los Tribunales, Cabildos y Comunidades, y se experimentó la aplacacion de la Divina Justicia, cesando enteramente la epidemia." (2)

Anno 1544 dira peste paucis diebus plusquam duodecim millia hominum in oppidis circa Mexicum interierunt: religiosi Sancti Francisci de Tlaltelolco processione devotissima ad Tepéyacatl duxerunt plures pueros indos

(1) Videatur inter alios P. Florencia in opere cui titulus Estrella del Norte de México, cap. 19 et seq.

(2) Quae ad Archipraesulem respondit Capitulum, integra et ad litteram affert Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 8, nûm. 534 et sequentibus.

utriusque sexus, sex aut septem annos natos, atque coram Sacra Imagine de Guadalupe Deiparae clementiam pro pestis cessatione impetrarunt: factum est autem ut cum singulis transactis diebus centum circiter quotidie seperarentur, á die qui a processione immediate secutus est, unus, aut duo, aut tres morerentur, et post paululum pestis cessavit omnino. (1)

Etiamsi pluribus orationibus Dominus exoraretur pro cessatione pestis anni 1737, qua in sola urbe Mexici probabiliter velut 40000 obierunt, non ablata fuit illa plaga nisi quando jurejurando B. M. V. de Guadalupe Patrona Principalis Mexici electa fuit, eo proposito ut etiam ab universo regno similiter eligeretur: inquit P. Alegre: "Parece que el Angel exterminador no esperaba mas que esta resolucion para envainar la espada que habia acabado con tantas vidas. Desde que se comenzó á tratar con calor de dicho Patronato, comenzó á disminuir el número de los muertos, que en 25 de Mayo, víspera de la solemne jura, no se enterraron sino tres cadáveres en el Campo santo de S. Lázaro, donde diariamente pasaban antes de cuarenta y cincuenta. El número de difuntos en sola la ciudad de México, debia haber pasado de cuarenta mil." (2)

Quod ad religionem attinet. Unde tam facilis ejus propagatio per mexicas terras, nisi ex speciali Dei Genitricis protectione? Unde ejus conservatio per tria jam saecula et dimidium, nisi ex ejusdem Sanctissimae Virginis patrocinio? Nam et auro, et argento, et gemnis, Mexicana regio ditissima est, et quidquid alibi optatis-

(1) Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 19, núm. 228.—Narratio mexicana Apparitionis supra cit. ubi miracula narrat.

(2) Historia de la Compañía de Jesus en N. España, lib. 10. Videatur etiam Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 4, cap. 12.

simum putatur, apud nos ex terra feracitate abundantius et facillime obtinetur: unde mexicanae dvitiae avidissime ab heterodoxis desiderantur; et nisi speciali Domini cura fuissemus protecti, jam dudum Mexici illud ipsum accidisset, quod miserrime accidit in septentrionali Americana Republica, quod heterodoxorum inundatio omnium errorum sedem ibi posuit. Verum Dominus defendit nos. Quis autem nisi Virgo Sanctissima hoc speciale patrocinium nobis impetrat? Et etiam ex gratia cœlesti perpetua est in nobis devotio singularis erga B. M. V. cuius festa nobis sunt amabilissima: nec unquam illius caritatis oblii sumus, quam B. V. nobis ostendit cum Tepeyacac apparuit, et suam mirabilem Imaginem in eximiae dilectionis signum nobis reliquit. Merito tam praecclara beneficia Deiparae intercessione credimus accepta.

Sed ad recentiora veniamus. Notum omnibus est Christi Domini Ecclesiam aliquot ab hinc annis persecutionem pati in Mexicana Republica. Verum ecce: bonis spoliata fuit Ecclesia; sed divinus cultus splendidus semper est: templa non pauca destructa fuere; sed alia multa constructa sunt, et construuntur: Sacerdotes, et saeculares et regulares, vestem propriam portare prohibiti sunt; sed populi erga illos reverentia in nullo minitur: sacrae virgines ejectae sunt ex monasteriis; sed virtutum exempla in ipsis videre licet: Episcopi exiles patriam relinquere coacti fuere; sed multiplicato illorum numero redierunt; atque etiam Seminaria multiplicata sunt: cultum divinum extra tempora exercere prohibitum est; at populus ita sacras processiones, et alia ad cultum pertinentia, extra templum fieri desiderat, ut confessus sit ipse ille qui in Supremo Gubernandi Ministerio a Secretis est (el Secretario del Ministerio de Gobernacion) populum illa respire, quae in legibus cultum illum prohibentibus sancta fuere; et quo modo

sibi licet, mexicanus populus per civitatum et oppidorum publicum ornatum in sacris festis, quae solemniori modo celebrantur in templis, etiam extra templo cultum et honorem Domino exhibit: protestantes, et divitiarum amore, et tolerantiae lege attrahuntur; et licet extera pecunia haereticos mexicanos omni ardore facere laborent, pauculum laborum obtinent fructum. Sed quid plura? Mexicana Respublica veram Religionem firmissime retinet, atque deamat; nec ullis artibus illum amorem e mexicanorum cordibus evellere possibile est. Unde haec omnia nisi ex speciali protectione Sanctissimae Dei Genitricis, cuius devotione mentibus nostris insita est, et cuius festa, atque inter ea, festum B. M. V. de Guadalupe, solemnissime celebrantur?

#### ARGUMENTUM DECIMUM QUARTUM.

*Apparitionis veritas comprobatur ex parvo numero impugnatorum.*

Cum ita plurimae usque modo habitae sint conciones de B. M. V. de Guadalupe, ut nec numerari possint, duotummodo narrantur concionatores, qui a recto traditionis tramite deflexerint, et quidem gravi scandalo fidelium. Primus fuit P. Fr. Franciscus Bustamante, qui cum Mexici concionaretur die 8 Septembris anni 1556, dixisse narratur Imaginem B. M. V. de Guadalupe abindo quodam pictam fuisse. De dictis a Bustamante inquisivit juridice Rmus Montufar, secundus Archiepiscopus Mexicanus. (1) Secundus concionator qui a traditione Apparitionis recessit, fuit Doctor Fr. Servandus Mier,

(1) V. Opus, cui titulus, Santa María de Guadalupe Patrona de los Mexicanos, XVI, nūm, 477 et sequentibus.

die 12 Decembris anni 1794. Hic autem non negavit miraculum Apparitionis, sed illud aliter composuit, scilicet, quod B. M. V. in pallio Sancti Thomae Apostoli, qui his in terris praedicaverit, sese depinxit; eamque esse Imaginem de Guadalupe, quam modo veneramur. Adversus Doctorem Mier juridice egit Rmus Nuñez de Haro, Mexicanus Archiepiscopus. (1) Hic concionator quae praedicaverat, retractavit. (2) At, missus in Hispaniam, litteras scripsit ad Joannem Baptistam Muñoz, non recte sentiens de Apparitione. (3)

Quod ad scriptores attinet, objicitur textus quidam Fr. Bernardini Sahagun, antiqui scriptoris, qui dixit non certo sciri unde orta fuerit fundatio B. M. V. de Guadalupe. Verum gravi ratione textus creditur apocryphus, ut dicetur in solutione objectionum.

Opponitur etiam silentium Fr. Joannis Torquemada, qui in opere, cui titulus, Monarquia Indiana, licet de templo, et de ipsa B. M. V. de Guadalupe aliqua verba faciat, Apparitionem non narrat, etiam occasione sibi oblatâ, nam vitam scripsit Rmi Zumarraga. Atque etiam objicitur silentium Fr. Ludovici Cisneros, qui de templo quidem, et de Imagine B. M. V. de Guadalupe loquitur, verum non narrat Apparitionem. At vero auctores hoc silentium excusant, ut dicetur in solutione objectionum. Eaque excusatio convenit etiam Fr. Hieronymo Mendiesta, etc.

Fr. Augustinus Betancurt, qui chronicam Provinciae Mexiceae franciscanorum scripsit, Apparitionem assertit; verum dubitare videtur de eo quod rosae, et flores, quos Joannes Didacus detulit Rmo Zumarraga, fuerint

(1) Oquendo, Disertacion histórica sobre la Aparicion, etc. tom. 2, cap. 9, § 5.

(2) Oquendo, ib.

(3) Ita refertur in opere, cui titulus, Santa María de Guadalupe, Patrona de los Mexicanos, nūm. 529.

sibi licet, mexicanus populus per civitatum et oppidorum publicum ornatum in sacris festis, quae solemniori modo celebrantur in templis, etiam extra templo cultum et honorem Domino exhibit: protestantes, et divitiarum amore, et tolerantiae lege attrahuntur; et licet extera pecunia haereticos mexicanos omni ardore facere laborent, pauculum laborum obtinent fructum. Sed quid plura? Mexicana Respublica veram Religionem firmissime retinet, atque deamat; nec ullis artibus illum amorem e mexicanorum cordibus evellere possibile est. Unde haec omnia nisi ex speciali protectione Sanctissimae Dei Genitricis, cuius devotione mentibus nostris insita est, et cuius festa, atque inter ea, festum B. M. V. de Guadalupe, solemnissime celebrantur?

#### ARGUMENTUM DECIMUM QUARTUM.

*Apparitionis veritas comprobatur ex parvo numero impugnatorum.*

Cum ita plurimae usque modo habitae sint conciones de B. M. V. de Guadalupe, ut nec numerari possint, duotummodo narrantur concionatores, qui a recto traditionis tramite deflexerint, et quidem gravi scandalo fidelium. Primus fuit P. Fr. Franciscus Bustamante, qui cum Mexici concionaretur die 8 Septembris anni 1556, dixisse narratur Imaginem B. M. V. de Guadalupe abindo quodam pictam fuisse. De dictis a Bustamante inquisivit juridice Rmus Montufar, secundus Archiepiscopus Mexicanus. (1) Secundus concionator qui a traditione Apparitionis recessit, fuit Doctor Fr. Servandus Mier,

(1) V. Opus, cui titulus, Santa María de Guadalupe Patrona de los Mexicanos, XVI, nūm, 477 et sequentibus.

die 12 Decembris anni 1794. Hic autem non negavit miraculum Apparitionis, sed illud aliter composuit, scilicet, quod B. M. V. in pallio Sancti Thomae Apostoli, qui his in terris praedicaverit, sese depinxit; eamque esse Imaginem de Guadalupe, quam modo veneramur. Adversus Doctorem Mier juridice egit Rmus Nuñez de Haro, Mexicanus Archiepiscopus. (1) Hic concionator quae praedicaverat, retractavit. (2) At, missus in Hispaniam, litteras scripsit ad Joannem Baptistam Muñoz, non recte sentiens de Apparitione. (3)

Quod ad scriptores attinet, objicitur textus quidam Fr. Bernardini Sahagun, antiqui scriptoris, qui dixit non certo sciri unde orta fuerit fundatio B. M. V. de Guadalupe. Verum gravi ratione textus creditur apocryphus, ut dicetur in solutione objectionum.

Opponitur etiam silentium Fr. Joannis Torquemada, qui in opere, cui titulus, Monarquia Indiana, licet de templo, et de ipsa B. M. V. de Guadalupe aliqua verba faciat, Apparitionem non narrat, etiam occasione sibi oblatâ, nam vitam scripsit Rmi Zumarraga. Atque etiam objicitur silentium Fr. Ludovici Cisneros, qui de templo quidem, et de Imagine B. M. V. de Guadalupe loquitur, verum non narrat Apparitionem. At vero auctores hoc silentium excusant, ut dicetur in solutione objectionum. Eaque excusatio convenit etiam Fr. Hieronymo Mendiesta, etc.

Fr. Augustinus Betancurt, qui chronicam Provinciae Mexiceae franciscanorum scripsit, Apparitionem assertit; verum dubitare videtur de eo quod rosae, et flores, quos Joannes Didacus detulit Rmo Zumarraga, fuerint

(1) Oquendo, Disertacion histórica sobre la Aparicion, etc. tom. 2, cap. 9, § 5.

(2) Oquendo, ib.

(3) Ita refertur in opere, cui titulus, Santa María de Guadalupe, Patrona de los Mexicanos, nūm. 529.

miraculose exorti: hancque dubitationem illi impatet Oquendo. (1)

Oquendo reprehendendum etiam duxit Bartolache, eo quod in opere cui titulus *Manifiesto satisfactorio*, etc., aliqua dixerit aliquibus circunstantiis, aut praerogativis Apparitionis non favorabilia; verum, ut ipse Oquendo fatetur, Apparitionem miraculosam admittit Bartolache.

(2) Imo etiam alio argumento illam stabilivit, orto ex nova inspectione Imaginis a viris peritis, ut dictum est in argumento desumpto ex judicio peritorum.

Hinc Rmus Nuñez de Haro in edicto Archiepiscopali anni 1795 adversus concessionem Doctoris Mier, de qua modo dictum est, asserere non dubitavt, usque ad illud tempus nullum auctorem, nec nostrum, nec exterum, ausum fuisse Apparitionem impugnare. (3)

Anno 1794 apparet exterus impugnator Apparitionis B. M. V. de Guadalupe: hic fuit Joannes Baptista Muñoz in quadam de hac re dissertatione (memoria), quam legit eoram Hispana Regali Historiae Academia. (4) Typis edita legitur in opere, cui titulus *Memorias de la Real Academia de la Historia*, anno 1817, quod opus Mexicum advenit anno 1819: (5) unde constant ejus notitiam Mexicum nondum advenisse quando Rmus Haro Archiepiscopus, asseruit nullum nec mexicanum nec exterum auctorem Apparitionem B. M. V. de Guadalupe impugnavisse. Et

(1) Diser. hist. sobre la Aparicion, tom. 2, cap. 7, § 4, núm. 512.

(2) Disert. hist. sobre la Aparicion. tom. 2, cap. 7, § 11, núm. 590.

(3) Hoc edictum integrum inseruit Oquendo, opere cit. tom. 2, cap. 9, § 5

(4) Dissertatio haec integra legitur initio operis, cui titulus *Apología de la Aparicion*, etc., auctore Guridi Alcoser, ubi ipsa dissertatio impugnatur.

(5) Tornel, *La Aparicion*, etc., tomo 2, cap. 1.

notandum hunc ipsum impugnatorem non ausum fuisse falsam asserere Apparitionem, sed tantummodo incertam: ait enim: (núm. 25) "La buena razon pide á lo mémos, que no se preste asenso á narracion tan incierta." Atque in fine dissertationis asserit cultum B. M. V. de Guadalupe rationabilem et justum esse, quidquid credatur de ejus Apparitionibus. En quam parum sibi confidit praedictus impugnator. Quando Mexici nota fuit haec dissertatione, a doctis scriptoribus fuit impugnata.

Anno 1849 typis editum fuit opus D. Juliani Tornel et Mendivil, cui titulus "*La Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe de México*." Atque in eo opere, in quo iterum impugnatur dissertatione D. Joannis Baptistae Muñoz, ipse Muñoz dicitur *moderno impugnador* de la Aparicion. (1) En post medium saeculum adhuc habetur ut recens impugnator Apparitionis ille, qui illam impugnavit anno 1794. En quam rari sunt impugnatores Apparitionis, ita ut adhuc anno 1849 unus refutatione dignus adducatur.

Cum mos sit hodiernis temporibus statutis diebus in foliis scribere, quae deinde in volumina rediguntur: in illis foliis adversus Apparitionem B. M. V. de Guadalupe scribi solet ab illis, qui de religiosis rebus non recte sentiunt; verum etiam scribunt pro Apparitione defendenda catholici viri.

Quae cum ita sint, aliud exurgit argumentum ad comprobandam Apparitionis Guadalupensis veritatem. Si enim hoc miraculum de illis esset, quae semel ab aliquo Ordinario approbata, illorum memoria tantummodo asservatur in juridico manuscripto in Archivi alicujus pulvere sepulto, aut fortasse in hoc aut illo pio libro cog-

(1) Tom. 1, operis, cap. 2, núm. 41: quod autem de Muñoz ibi loquatur appareat ex eo quod non alius nisi Muñoz in eo opere impugnatur.

nito a solis fidelibus devotioni deditis, non mirum es-  
set si impugnatoribus careret. At vero Apparitionis  
miraculum publice, et summo splendore apud nos cele-  
bratur, non in templis tantummodo, verum etiam publi-  
co civitatum ornatu, atque multis libris, et concessionibus  
innumeris enarratum fuit, et modo enarratur; templo et  
altaria in honorem Deiparae, quae Tepeyacac apparuit,  
undique videntur; et Imago Guadalupensis ubique ante  
oculos habetur, et in templis, et in fidelium domibus, et  
publice in civitatibus, quando exornantur causa sole-  
nitatis Apparitionis. Planum ergo est ita evidentia es-  
se argumenta, quae Apparitionem demonstrant, ut om-  
nem intellectum, paucissimis exceptis, ad assentendum  
astrigant. At vero cum ita inquietus sit hominis ani-  
mus, ut etiam adversus penitus demonstrata insurgat,  
dicendum videtur Dominum in hoc casu speciali provi-  
dentia vel lucem in intellectus immittere, ut argumento-  
rum vim invicte sentiant, vel etiam pia affectione erga  
B. V. M. corda movere, ut insigne beneficium, quod B.  
V. Tepeyacac apparens nobis contulit, libenter omnes  
agnoscant.

### PARS TERTIA.

*Historicas continens comprobaciones, vel etiam explanaciones  
corum unde quaedam argumenta desumuntur ad ostenden-  
dam Guadalupensem Apparitionum veritatem.*

Sciscitari quis poterit, cur historica facta unde argu-  
menta, in secunda hujus dissertationis parte proposita,  
deducuntur, non semper tunc fuerunt comprobata quan-  
do ipsa argumenta sunt proposita? Dicendum ideo com-  
probaciones, necnon et explanations non semper simul

cum argumentis fuisse exhibitas et factas, eo quod etsi  
nonnullae breves essent, aliae diffusiores esse necesse  
erat, quoniam illa unde sumuntur argumenta, traditione  
per tria saecula et dimidium continuata erant ostenden-  
da: opportunum autem visum est argumenta omnia quoad  
brevius fieri potuit exponere, eorumque vim patet facere,  
ut brevi tempore percurri possent et perpendi. Caeterum  
lector liberum erit, vel in unoquoque argumento histo-  
riæ veritatem supponere, deinde probandam, vel statim  
in hac tertia Dissertationis Parte comprobationem quaer-  
rere. Atque etiam notandum, non omnia argumenta in  
secunda parte proposita, comprobatione historica vel  
explanatione, praeter ea quae cum proponerentur dicta  
sunt, indigere.

#### AD ARGUMENTUM PRIMUM.

*Comprobatio historica. De hymnis, quibus antiquissimis  
temporibus historia Guadalupensis Apparitionis  
enarrabatur.*

Postquam B. M. V. de Guadalupe sacra Imago coram  
Mexico felicissimo Praesule mirabiliter apparuit in  
Ayatl Joannis Didaci picta, ad majus Templum delata  
fuit, ubi aliquandiu permansit. Inde ad primum ejus  
Tepeyacense Templum ab ipso Praesule, et Clero sae-  
culari et regulari, civilibus Magistratibus comitantibus,  
et populo copiosissimo, solemni processione praedicta  
sacra Imago fuit translata, ut stabilitur postea cum de-  
cultu B. M. V. de Guadalupe tractetur; atque inter alia,  
quae tantae solemnitati contulerunt, hymnus mexicane  
á Plácido compositus, et tunc cantatus, annumeratur, in  
quo nonnisi vera de Apparitionis miraculo enarrare per-  
misissent et Antistes, et Clerus, et civiles Magistratus,  
tunc de religione solliciti.

Modo hic hymnus non reperitur, cum plura et sum-

nito a solis fidelibus devotioni deditis, non mirum es-  
set si impugnatoribus careret. At vero Apparitionis  
miraculum publice, et summo splendore apud nos cele-  
bratur, non in templis tantummodo, verum etiam publi-  
co civitatum ornatu, atque multis libris, et concessionibus  
innumeris enarratum fuit, et modo enarratur; templo et  
altaria in honorem Deiparae, quae Tepeyacac apparuit,  
undique videntur; et Imago Guadalupensis ubique ante  
oculos habetur, et in templis, et in fidelium domibus, et  
publice in civitatibus, quando exornantur causa sole-  
nitatis Apparitionis. Planum ergo est ita evidentia es-  
se argumenta, quae Apparitionem demonstrant, ut om-  
nem intellectum, paucissimis exceptis, ad assentendum  
astrigant. At vero cum ita inquietus sit hominis ani-  
mus, ut etiam adversus penitus demonstrata insurgat,  
dicendum videtur Dominum in hoc casu speciali provi-  
dentia vel lucem in intellectus immittere, ut argumento-  
rum vim invicte sentiant, vel etiam pia affectione erga  
B. V. M. corda movere, ut insigne beneficium, quod B.  
V. Tepeyacac apparens nobis contulit, libenter omnes  
agnoscant.

### PARS TERTIA.

*Historicas continens comprobaciones, vel etiam explanaciones  
corum unde quaedam argumenta desumuntur ad ostenden-  
dam Guadalupensem Apparitionum veritatem.*

Sciscitari quis poterit, cur historica facta unde argu-  
menta, in secunda hujus dissertationis parte proposita,  
deducuntur, non semper tunc fuerunt comprobata quan-  
do ipsa argumenta sunt proposita? Dicendum ideo com-  
probaciones, necnon et explanations non semper simul

cum argumentis fuisse exhibitas et factas, eo quod etsi  
nonnullae breves essent, aliae diffusiores esse necesse  
erat, quoniam illa unde sumuntur argumenta, traditione  
per tria saecula et dimidium continuata erant ostenden-  
da: opportunum autem visum est argumenta omnia quoad  
brevius fieri potuit exponere, eorumque vim patet facere,  
ut brevi tempore percurri possent et perpendi. Caeterum  
lector liberum erit, vel in unoquoque argumento histo-  
riæ veritatem supponere, deinde probandam, vel statim  
in hac tertia Dissertationis Parte comprobationem quaer-  
rere. Atque etiam notandum, non omnia argumenta in  
secunda parte proposita, comprobatione historica vel  
explanatione, praeter ea quae cum proponerentur dicta  
sunt, indigere.

#### AD ARGUMENTUM PRIMUM.

*Comprobatio historica. De hymnis, quibus antiquissimis  
temporibus historia Guadalupensis Apparitionis  
enarrabatur.*

Postquam B. M. V. de Guadalupe sacra Imago coram  
Mexico felicissimo Praesule mirabiliter apparuit in  
Ayatl Joannis Didaci picta, ad majus Templum delata  
fuit, ubi aliquandiu permansit. Inde ad primum ejus  
Tepeyacense Templum ab ipso Praesule, et Clero sae-  
culari et regulari, civilibus Magistratibus comitantibus,  
et populo copiosissimo, solemni processione praedicta  
sacra Imago fuit translata, ut stabilitetur postea cum de-  
cultu B. M. V. de Guadalupe tractetur; atque inter alia,  
quae tantae solemnitati contulerunt, hymnus mexicane  
á Plácido compositus, et tunc cantatus, annumeratur, in  
quo nonnisi vera de Apparitionis miraculo enarrare per-  
misissent et Antistes, et Clerus, et civiles Magistratus,  
tunc de religione solliciti.

Modo hic hymnus non reperitur, cum plura et sum-

nito a solis fidelibus devotioni deditis, non mirum es-  
set si impugnatoribus careret. At vero Apparitionis  
miraculum publice, et summo splendore apud nos cele-  
bratur, non in templis tantummodo, verum etiam publi-  
co civitatum ornatu, atque multis libris, et concessionibus  
innumeris enarratum fuit, et modo enarratur; templo et  
altaria in honorem Deiparae, quae Tepeyacac apparuit,  
undique videntur; et Imago Guadalupensis ubique ante  
oculos habetur, et in templis, et in fidelium domibus, et  
publice in civitatibus, quando exornantur causa sole-  
nitatis Apparitionis. Planum ergo est ita evidentia es-  
se argumenta, quae Apparitionem demonstrant, ut om-  
nem intellectum, paucissimis exceptis, ad assentendum  
astrigant. At vero cum ita inquietus sit hominis ani-  
mus, ut etiam adversus penitus demonstrata insurgat,  
dicendum videtur Dominum in hoc casu speciali provi-  
dentia vel lucem in intellectus immittere, ut argumento-  
rum vim invicte sentiant, vel etiam pia affectione erga  
B. V. M. corda movere, ut insigne beneficium, quod B.  
V. Tepeyacac apparens nobis contulit, libenter omnes  
agnoscant.

### PARS TERTIA.

*Historicas continens comprobaciones, vel etiam explanaciones  
corum unde quaedam argumenta desumuntur ad ostenden-  
dam Guadalupensem Apparitionum veritatem.*

Sciscitari quis poterit, cur historica facta unde argu-  
menta, in secunda hujus dissertationis parte proposita,  
deducuntur, non semper tunc fuerunt comprobata quan-  
do ipsa argumenta sunt proposita? Dicendum ideo com-  
probaciones, necnon et explanations non semper simul

cum argumentis fuisse exhibitas et factas, eo quod etsi  
nonnullae breves essent, aliae diffusiores esse necesse  
erat, quoniam illa unde sumuntur argumenta, traditione  
per tria saecula et dimidium continuata erant ostenden-  
da: opportunum autem visum est argumenta omnia quoad  
brevius fieri potuit exponere, eorumque vim patet facere,  
ut brevi tempore percurri possent et perpendi. Caeterum  
lector liberum erit, vel in unoquoque argumento histo-  
riæ veritatem supponere, deinde probandam, vel statim  
in hac tertia Dissertationis Parte comprobationem quaer-  
rere. Atque etiam notandum, non omnia argumenta in  
secunda parte proposita, comprobatione historica vel  
explanatione, praeter ea quae cum proponerentur dicta  
sunt, indigere.

#### AD ARGUMENTUM PRIMUM.

*Comprobatio historica. De hymnis, quibus antiquissimis  
temporibus historia Guadalupensis Apparitionis  
enarrabatur.*

Postquam B. M. V. de Guadalupe sacra Imago coram  
Mexico felicissimo Praesule mirabiliter apparuit in  
Ayatl Joannis Didaci picta, ad majus Templum delata  
fuit, ubi aliquandiu permansit. Inde ad primum ejus  
Tepeyacense Templum ab ipso Praesule, et Clero sae-  
culari et regulari, civilibus Magistratibus comitantibus,  
et populo copiosissimo, solemni processione praedicta  
sacra Imago fuit translata, ut stabilitur postea cum de-  
cultu B. M. V. de Guadalupe tractetur; atque inter alia,  
quae tantae solemnitati contulerunt, hymnus mexicane  
á Plácido compositus, et tunc cantatus, annumeratur, in  
quo nonnisi vera de Apparitionis miraculo enarrare per-  
misissent et Antistes, et Clerus, et civiles Magistratus,  
tunc de religione solliciti.

Modo hic hymnus non reperitur, cum plura et sum-

mopere aestimabilia de rebus nostris perdetia sint; verum de illo nullatenus licet dubitare: nam P. Franciscus Florencia se habuisse testatur praedictum hymnum, quod accepit ab eruditissimo Presbytero D. Carolo Sigüenza, qui illum ut thesaurum pretiosissimum asservabat; atque ipse hymnus fuit antea apud D. Dominicum Chimalpant, virum rerum nostrarum antiquarum peritissimum. Haec omnia testatur P. Florencia; (1) atque etiam testatur hunc hymnum cantatum fuisse, eo ipso die, quo Imago B. M. V de Guadalupe in suum primum Templo fuit delata, (2)

De hoc hymno etiam meminerunt Cabrera Quintero, (3) Boturini, (4) Oquendo, (5) Uribe, (6) Beristain, (7) Guridi Alcoser, (8) Tornel y Mendivil, (9) etc.

Quod per integrum fere saeculum Apparitio B. M. V. ejusque sacrae Imaginis de Guadalupe fuerit ad Tepeyacatl hymnis decantata, id est, usque ad annum 1629, quo aquis Mexici urbem inundantibus, illuc delata fuit sacra Imago pro Deiparae protectione impetranda, fidem

(1) Estrella del Norte de México, cap. XV. n.º 195.

(2) Ubi supra.

(3) Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 14, n.º 643 et cap. 19, n.º 737.

(4) Catálogo del Museo Indiano, § XXXV, n.º 7.

(5) Disertacion histórica sobre la Aparicion, etc., tom. 2, cap. VI, § 3, n.º 407 et seq.

(6) Disertacion histórico-crítica en que se comprueba la milagrosa Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe, § X, pág. 212 et seqs. in edit. an 1821.

(7) Biblioteca Hispano Americana, Art. Plácido D. Francisco.

(8) Apologia de la Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe de México, cap. XV, § 1, ubi de scriptoribus.

(9) La Aparicion de N. Señora de Guadalupe, tom. I, cap. VIII, n.º 124.

faciunt graves autores, uti sunt Florencia (1) Cabrera Quintero, (2) Uribe, (3) Oquendo, (4) Tornel y Mendivil. (5) Presbyter Ludovicus Becerra Taneo in opere cui titulus; *Felicidad de México en la admirable Aparicion de la Virgen María Nuestra Señora de Guadalupe*, etc. (6) ubi traditionem miraculi probat (Pruébase la tradicion), se ipsum audivisse affirmat praedictis hymnis Guadalupenses Apparitiones enarrari ad Tepeyacense Templo: sic ait: "Afirmo y certifico haber oido cantar á los indios ancianos en los mitotes ó saraos, que solian hacer antes de la inundacion de esta Ciudad los Naturales, cuando se celebraba la festividad de Nuestra Señora en su Santo Templo de Guadalupe, y que se hacia en la plaza, que cae en la parte occidental, fuera del cementerio de dicho Templo, danzando en círculo muchos danzantes y en el centro de él cantaban puestos en pié dos ancianos al son de un *Teponaztli*, á su modo, el cantar en que se referia en metro la milagrosa Aparicion de la Virgen Santísima y su bendita Imágen, y en que se decia que se había figurado en la manta ó tilma, que servia de capa al indio Juan Diego; y como se manifestó en presencia del Ilustrísimo Señor D. Fr. Juan de Zumarraga, primer Obispo de esta Ciudad: añadiendo al fin de dicho canto los milagros que había obrado Nuestro Señor el dia que se colocó la Santa Imágen en su

(1) Ubi supra, n.º 196 et seq.

(2) Ubi supra et n.º 738. Satis declarat diu extitisse hanc consuetudinem.

(3) Ubi supra.

(4) Ubi supra, n.º 410 et seq.

(5) Ubi supra, n.º 123 et seq.

(6) Non semel typis editum fuit hoc opus: quarta ejus editio inclusa habetur in Opere cui titulus, Colección de Obras y Opúsculos pertenecientes á la Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe de México, tom. I.

primera Ermita, y los júbilos con que los Naturales celebraron esta colocación."

Fidem quoque facit de narratione metrica Apparitionis Paulus Xuarez, unus ex testibus anno 1666 juridice interrogatis de Apparitionis veritate: quam ut publice notam a pueris cantari ab ipsius avia ille audivit. Ita appareat in *Summa juridici processus*, quam affer P. Florencio. (1) Utinam integrum praedictum processum videre liceret, ut quidquid omnes testes declararunt prae oculis haberetur.

Quod Apparitio fuit hymnis decantata quando Saera Imago B. M. V. de Guadalupe de' urbe Mexici Tepeyacae fuit delata anno 1634 fidem faciunt Carrillo y Perez in opere cui titulus *Pensil Americano florido en el rigor del Invierno*, etc., (2) et Cabrera Quintero in opere cui titulus, *Escudo de Armas de México*. (3) Atque etiam ipse Joannes Baptista Muñoz, qui Apparitionis veritatem contendit labefactare, asserit praedicta carmina Apparitionem enarrantia, audit a fuisse cum Mexici Sacra Imago permansit ab anno 1629 ad 1634. (4) Quae fuerit solemnitas illius processionis qua mirabilis Imago Tepeyacae e Mexica urbe deducta fuit, indicatum jam est, et adhuc dicetur cum de cultu B. M. V. de Guadalupe tractetur.

Quod etiam post annum 1634 Apparitio Guadalupensis ad Tepeyacatl fuerit metrica decantata probat Tornero (5) ex Bartolache cuius haec affert verba: "Tengo en mi poder, en idioma mexicano, una especie de coplas, que este mismo año de 1788, en la víspera de la fiesta

(1) Estrella del Norte de México, cap. 13, § 1, núm. 111.

(2) Cap. 4, § 4, núm. 48.

(3) Lib. 3, cap. 18, núm. 716.

(4) Memoria sobre las Apariciones y el culto de N. Señora de Guadalupe de México, núm. 24.

(5) La Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe, tom. I.<sup>o</sup>, cap. 8, núm. 126.

de los naturales, se cantaron en la plaza de Guadalupe." En adhuc anno 1788 Apparitionem metrice enarratam.

#### AD ARGUMENTUM SEPTIMUM.

*Explanatio et comprobatio historica de multitudine et qualitate scriptorum, qui B. M. V. de Guadalupe apparitionem affirmarunt, et propugnarunt.*

Qui de his mirabilibus suis in scriptis auctores trahavere, alii ad nostrates, alii pertinent ad exterios. De utrisque, in quantum scire lieuit, notitia brevissime dabitur, ita ut non modo de operibus, verum etiam de auctorum qualitatibus, unde quae illi asserunt majorem habent auctoritatem, etiam breviter dicatur. Linguis variis de V. M. V. de Guadalupe scriptum est, scilicet, Mexicana, Hispana, Latina, etc.

Primum de nostris scriptoribus sermo sit.

1.º D. Franciscus Plácido, qui Azcapotzalco praerat, composuit

Hymnum de Apparitione, mexicano sermone, qui cantatus fuit, eo ipso die, quo e Mexiceo Templo maximo ad Tepeyacense Templum solemnni processione Sacra Imago de Guadalupe deducta fuit.

2.º Recensemantur omnes auctores hymnorum, quibus deinde enarrata fuit Apparitio per saeculum et amplius, ut modo stabilitum est.

3.º Recensendi sunt auctores diversorum Annalium, in quibus B. M. V. de Guadalupe Apparitio narrata fuit, ut dictum est in secunda Parte hujus Dissertationis.

4.º Recensendi etiam omnes auctores mapparum, in quibus Apparitio fuit reprezentata, ut dictum est in 2<sup>a</sup> Parte hujus Dissertationis.

primera Ermita, y los júbilos con que los Naturales celebraron esta colocación."

Fidem quoque facit de narratione metrica Apparitionis Paulus Xuarez, unus ex testibus anno 1666 juridice interrogatis de Apparitionis veritate: quam ut publice notam a pueris cantari ab ipsius avia ille audivit. Ita appareat in *Summa juridici processus*, quam affer P. Florencio. (1) Utinam integrum praedictum processum videre liceret, ut quidquid omnes testes declararunt prae oculis haberetur.

Quod Apparitio fuit hymnis decantata quando Saera Imago B. M. V. de Guadalupe de' urbe Mexici Tepeyacae fuit delata anno 1634 fidem faciunt Carrillo y Perez in opere cui titulus *Pensil Americano florido en el rigor del Invierno*, etc., (2) et Cabrera Quintero in opere cui titulus, *Escudo de Armas de México*. (3) Atque etiam ipse Joannes Baptista Muñoz, qui Apparitionis veritatem contendit labefactare, asserit praedicta carmina Apparitionem enarrantia, audit a fuisse cum Mexici Sacra Imago permansit ab anno 1629 ad 1634. (4) Quae fuerit solemnitas illius processionis qua mirabilis Imago Tepeyacae e Mexicea urbe deducta fuit, indicatum jam est, et adhuc dicetur cum de cultu B. M. V. de Guadalupe tractetur.

Quod etiam post annum 1634 Apparitio Guadalupensis ad Tepeyacatl fuerit metrica decantata probat Torrel (5) ex Bartolache cuius haec affert verba: "Tengo en mi poder, en idioma mexicano, una especie de coplas, que este mismo año de 1788, en la víspera de la fiesta

(1) Estrella del Norte de México, cap. 13, § 1, núm. 111.

(2) Cap. 4, § 4, núm. 48.

(3) Lib. 3, cap. 18, núm. 716.

(4) Memoria sobre las Apariciones y el culto de N. Señora de Guadalupe de México, núm. 24.

(5) La Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe, tom. I.<sup>o</sup>, cap. 8, núm. 126.

de los naturales, se cantaron en la plaza de Guadalupe." En adhuc anno 1788 Apparitionem metrice enarratam.

#### AD ARGUMENTUM SEPTIMUM.

*Explanatio et comprobatio historica de multitudine et qualitate scriptorum, qui B. M. V. de Guadalupe apparitionem affirmarunt, et propugnarunt.*

Qui de his mirabilibus suis in scriptis auctores trahavere, alii ad nostrates, alii pertinent ad exteriores. De utrisque, in quantum scire lieuit, notitia brevissime dabitur, ita ut non modo de operibus, verum etiam de auctorum qualitatibus, unde quae illi asserunt majorem habent auctoritatem, etiam breviter dicatur. Linguis variis de V. M. V. de Guadalupe scriptum est, scilicet, Mexicana, Hispana, Latina, etc.

Primum de nostris scriptoribus sermo sit.

1.º D. Franciscus Plácido, qui Azcapotzalco praerat, composuit

Hymnum de Apparitione, mexicano sermone, qui cantatus fuit, eo ipso die, quo e Mexiceo Templo maximo ad Tepeyacense Templum solemnni processione Sacra Imago de Guadalupe deducta fuit.

2.º Recensemantur omnes auctores hymnorum, quibus deinde enarrata fuit Apparitio per saeculum et amplius, ut modo stabilitum est.

3.º Recensendi sunt auctores diversorum Annalium, in quibus B. M. V. de Guadalupe Apparitio narrata fuit, ut dictum est in secunda Parte hujus Dissertationis.

4.º Recensendi etiam omnes auctores mapparum, in quibus Apparitio fuit repraesentata, ut dictum est in 2.<sup>a</sup> Parte hujus Dissertationis.

5.º D. Antonius Valeriano, indus, a primis annis eruditus in Collegio Sanctae Crucis ad Tlaltelolco; deinde etiam docuit ut magister. Vir fuit pius, et integerrimus; propterea quod indos Mexici plusquam triginta annis gubernavit. (1) Huic attribuitur

Antiquissima, mexicane scripta Narratio Apparitionis B. M. V. de Guadalupe, de qua Narratione dictum est in 2.ª Parte hujus Dissertationis.

6.º Ut stabilitum est in secunda Parte hujus Dissertationis, probabile est antiquam Narrationem Mexicanam Apparitionis, quam deinde Lazo de la Vega typis mandavit, aliud esse Manuscriptum distinctum ab illo antiquissimo de quo modo. (n. 5.º)

7.º Probabiliter credendum Apparitionis testimonium extitisse in constitutionibus illius antiquae Confraternitatis in Templo Tepeyaquensi erectae, de qua meminit Pro Rex Martinus Henriquez anno 1575, ut dictum est in secunda Parte hujus Dissertationis. Quae Constitutiones, si adhuc existunt, in aliquo archivi obscurio servantur.

8.º Alva Ixtliochitl D. Ferdinandus, ex progenie Regum Texcucensium, vir Mexicanae linguae et mexicanarum antiquitatum peritissimus, neconon et ditissimus historicis documentis, atque accuratissimus in rebus historicis scribendis; unde etiam Mexicanus Pro Rex Interpretum regium illum constituit, atque illi ut de Historia scriberet injunxit. (2) Huic pertinet

Apparitionis Narratio hispane scripta. (3) Haec Nar-

(1) Berist. Bibliot. art. Valeriano D. Antonio.

(2) V. Beristain, Bibliot. Hispano Americ. art. "Alva D. Fernando."

(3) Frequentissime hujus Narrationis meminerunt auctores. V. Florencia infra citandus, Cabrera Quintero, Escudo de

ratio, prout cum Florencia conjici potest, scripta fuisse videtur ante annum 1616, vel 1606. Nam opus P. Florencia, cui titulus *La Estrella del Norte de México*, perfecta erat anno 1686: (1) in eo autem opere sibi videri asserit P. Florencia ante septuaginta vel octoginta annos scriptam fuisse praedictam Narrationem, quam prae oculis habuit. (2)

9.º De cultu quo, aquis Mexici urbem inundatibus, venerata fuit ibidem B. M. V. in sua Imagine Guadalupensi, notitiam ex triplici fonte assumpsit, et sibi transcripsit Boturini, (3) scilicet, ex libris capitularibus Metropolitanae Mexiceae Ecclesiae, et ex libro manuscripto, quod asservabatur in Bibliotheca Collegi Maximi Societatis Jesu, et ex secunda parte operum ejusdam auctoris Ordinis Sancti Dominici, quae secunda pars praedictorum operum manuscripta asservabatur in Monasterio Mexiceo Religiosorum ejusdem Ordinis. Sacra autem Imago B. M. V. de Guadalupe Mexicanum translata fuit anno 1629; ibique permansit usque ad annum 1634. (4)

10. Siles D. Franciscus: fuit Doctor, et Theologiae publicus Magister in Mexicana Universitate, atque etiam Canonicus Theologus in Metropolitanana Ecclesia.

armas de México, lib. 3, cap. 14, núm. 644.—Boturini, Catálogo del Museo Indiano, § 35, núm. 6, qui notitiam hujus Narrationis ex fragmentis historicis D. Caroli Sigüenza se asserit habuisse.—Uribe, Disertacion Histórico-crítica sobre la Aparicion, § 9, pág. 198 in edit anni 1821.—Guridi Alcoser, Apología de la Aparicion, etc., cap. 15, ubi de scriptoribus: et alii.

(1) In *Summa licentiarum* appareat Praelatum regularem licentiam anno 1686 dedisse ut typis edi posset praedictum opus P. Florencia.

(2) Cap. XIII, § 8, núm. 160.

(3) Catálogo del Museo Indiano, § 36, núm. 5, 6 et 7.

(4) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 18.

Post dies aliquot ab ejus obitu Mexicum advenit *schedula* regia, in qua constabat ejus ad Manilensem Archiepiscopatum praesentatio. Pro cultu B. M. V. de Guadalupe Sedis Apostolicae solemni approbatione augendo sollicite laboravit. (1) Scripsit

*Cartas al Br. D. Miguel Sánchez sobre la Historia Guadalupana.* Typis edit Mexici anno 1644. (2)

Hic ipse auctor *Narrationem historicam latinam Guadalupensis Apparitionis* Romam misit quando prima peditio facta fuit pro Missa et Officio obtinendis in honorem B. M. V. de Guadalupe. (3)

11. Sandoval y Zapata D. Ludovicus: in *Philosophia et Theologia, et historicis rebus praeclare* fuit eruditus, quique etiam optimis ejus temporis poetis aequari potuit. (4) Scripsit

*Varias poesias á Nuestra Señora de Guadalupe de México.* Tipis edit diversis temporibus. (5)

Quibus temporibus auctor illas typis mandavit non dicit Bibliographus Beristain: narrat autem hujus auctoris panegyricum typis edit. anno 1645, (6) unde approximative conjici poterit quo tempore carmina illa fuerint typis data.

12. Sanchez D. Michael, Presbyter, *Theologiae peritus, et in concionando adeo praeclarus, ut praedicatorum Magister communi voce diceretur; à mexicanis Archiepiscopis, et Proregibus honore habitus.* Quanto au-

(1) Beristain, Bibliot. art. Siles Ilmo. D. Francisco.

(2) Beristain, ib.

(3) Guridi Alcoser, *Apología de la Aparicion, etc., cap.*

15, ubi de scitoribus. Et v. *infra* nūm. 18.

(4) Beristain Bibliot. Hisp. Americ. art. Sandoval y Za-

pata.

(5) Beristain, ib.

(6) Beristain, ib.

tem propter scientiam et virtutes honoratus fuerit, inde patet quod ejus funeri et Metropolitanum Capitulum, et civile, atque aliae honorabiles adfuere communates. (1) Scripsit

*Imagen de la Virgen María Madre de Dios de Guadalupe, milagrosamente aparecida en la ciudad de México, celebrada en su historia con la profecía del capítulo 12 del Apocalipsis.* Typ. edit. Mexici anno 1648. (2)

13. Lazo de la Vega D. Ludovicus, Presbyter, Capellanus Templi Guadalupensis, Portionarius deinde in Metropolitanana Ecclesia Mexicana. (3) Typis mandavit anno 1649

*Historiam antiquam Guadalupensem Apparitionum, mexicane scriptam elegantissime.* (4)

Exemplar illius imp. asservatur in Bibliotheca publica Guadalaxarensi, ubi illam, qui velit, legere potest. Et insuper ea pars ejus, in qua narrantur B. M. V. de Guadalupe Apparitiones, habetur in Prima Parte hujus Dissertationis. Et licet Lazo de la Vega non sit auctor hujus Narrationis, auctoritatem illi addidit, non modo sua sententia, verum etiam eo quod, ipso agente, typis mandata fuit de Ordinarii licentia, et praevia approbatione theologica.

(1) Beristain, Biblioteca. art. Sanchez D. Miguel.

(2) Beristain, Bibliot. art. Sanchez D. Miguel—Florenzia, La Estrella del Norte de México, cap. 14.—Boturini, qui hanc Historiam apud se habuit, uti ipse testatur in Catalogo Musaei Indiani, § 34:—Luzuriaga, *Historia de la Imagen y Santuario de Aranzazu*, lib. 2.º cap. 3.º in margine ad nūm. 25, ubi B. M. V. de Guadalupe Apparitionem narrat; et alii.

(3) Beristain, Bibliot. Hisp. Americ. art. Lazo de la Vega D. Luis.

(4) Beristain, Bibliot. art. Lazo de la Vega D. Luis; et ali communiter.

14. Perez de Rivas P. Andreas, Soc. Jesu.  
In Opere cui titulus *Cronica de la Provincia de México de la Compañía de Jesus*, tom. 1. lib. 1. cap. 11. §. 4. de Apparitione Guadalupensi loquitur, juxta Guridi Alcoser, (1) qui asserit hoc opus esse manuscriptum.

Praedicta *Cronica* absque dubio idem opus est quod *Historiam* dicunt Eguiara (2) et Beristain, (3) quodque ascribunt Andrea Perez de Rivas, Soc. Jesu, qui juxta Eguiara et Beristain, obiit anno 1655? P. Alegre asserit hanc historiam octoginta annos comprehendere, ab adventu P. Petri Sanchez declinante an. 1572, unde patet ad annum 1652 illam pervenire. (4)

15. Crux P. Matthaeus, Soc. Jesu, qui Philosophiam Angelopoli publice docuit, et Theologiam Mexici in Collegio Maximo Patrum Societatis Jesu, (5) scripsit

*Relacion de la Milagrosa Aparicion de la Santa Imagen de la Virgen de Guadalupe de Mexico.* Typis data fuit Angelopoli anno 1660, et Matrii an. 1662, et deinde an. 1785. (6) Non solum narrat Apparitionem Imaginis, sed etiam B. V. Apparitiones (7).

16. Vidal Figueroa D. Joseph, Doctor Theologus, et Cancellarius Universitatis Mexicanae, et in Metropolita-

(1) Apol. de la Aparicion etc cap. 15. ubi de scriptoribus.

(2) Bibliot Mexicana art. P. Andreas Perez de Rivas.

(3) Bibliot. Hisp. Americ. art. Rivas P. Andres Perez de.

(4) Prolog. ejus Hist. Soc. Jesu in N. Hisp.

(5) Beristain, Bibliot. Hisp. Americ. art. Crux P. Mateo.

(6) Berist. ib.

(7) Habetur inserta haec Narratio in Opere cui titulus *Colection de Obras y Opúsculos pertenecientes á la Milagrosa Aparicion, etc.* De illa etiam meminerunt P. Florencia, La Estrella del Norte de México, cap. 14, n. 183.—Guridi Alcoser, Apol. de la Aparicion, cap. 15; et alii.

na Mexici Ecclesia Canonicus Concionator, deinde auctus Dignitate Scholastriae, (1) scripsit

*Teorica de la Prodigiosa Imagen de Santa María de Guadalupe.* Typ. dat. an. 1661. (2)

17. Sigüenza y Gongora D. Carolus, Presbyter, atque ex illis viris qui Patriam sapientiae splendore maxime illustraverunt. Peritissimus Mexicanae Linguae et Mexicanarum Antiquitatum fuit ille, et in sacris scientiis valde eruditus, poeta insuper, et philosophus, ditissimus denique antiquorum Historiae nostra documentorum: Matheseos fuit publicus Magister in Mexicanana Universitate, et Regius Cosmographus ab Hispaniae Rege constitutus. Ea Etiam apud exterios sapientiae fama notus erat, ut honoribus oblatis fuerit invitatus a Galliae Rege ut illuc sese transferret. (3) Scripsit

*Primavera Indiana*, typis mexicanis edita anno 1662, deinde anno 1668, ac etiam 1683. Est Poema sacrum epicum de Guadalupensi Apparitione. (4)

*Glorias de Querétaro*, typ. ed. Ibi plura et praeclara de cultu B. M. V. de Guadalupe in ea civitate. (5)

18. Rmus Angelopolitanus Episcopus, et Mexicanus Prorex, D. Didacus Osorio Escobar y Llamas; necnon et Canonici Metropolitanae Ecclesiae Mexicanae; necnon et

(1) Beristain, Bibliot. art. Vidal Figueroa D. José.

(2) Beristain, ib.

(3) Eguiara, Bibliot. Mexic. art. D. Carolus de Sigüenza et Gongora.—Beristain, Bibliot. Hisp. Americ. art. Sigüenza y Gongora D. Carlos.

(4) Eguiara, Bibliot. Mexic. art. D. Carolus de Sigüenza et Gongora.—Beristain, Bibliot. Hisp. Americ. art. Sigüenza y Gongora D. Carlos; et alii.

(5) Eguiara et Berist. ubi supra; et alii.—Videre licet hoc opus in publica Bibliot. civitatis Guadalaxarae.

Superiores Religionum Sancti Francisci, et Sancti Dominici, et Sancti Augustini, et Carmelitarum, et Societatis Jesu: neenon et ipsarum Religionum alii viri graviores, atque etiam saeculare Capitulum.

Hi omnes officium, et festum in honorem B. M. Virginis de Guadalupe à Summo Pontifice petierunt anno 1663.  
(1) Unde horum omnium unanimis consensus ostenditur de Guadalupensi Apparitione.

His precibus *Narratio historica latina Apparitionis* adjuncta fuit, de qua supra dictum est. (2) Haec autem Narratio, italice translata, typis fuit Romae mandata anno 1681. (3)

19. Velez de Guevara D. Joannes, laicus, civili honore insignitus, (4) scripsit.

*Octavas heroicas en loor de la Santísima Virgen María de Guadalupe, aparecida milagrosamente en México,* typ. edit. Quo tempore, non inveni; sed conjici potest ex eo quod aliud opus edidit. anno. 1664. (5)

20. Monterroso Rmus Fr. Thomas, Oaxaquensis Episcopus, anno 1665 prævia consultatione duodecim virorum Cleri saecularis et regularis, vera juridice habuit duo

(1) V. in Versione hispana Narrationis Romam missae *Praeambulum ad lectorem*. Illa hispana translatio habetur in opere cui titulus "Colección de Obras y Opúsculos pertenecientes á la Aparición, etc.—V. etiam Florencia, La Estrella del Norte de México, cap. 13 §. 6.

(2) V. supra Siles D. Franciscus.

(3) V. in Versione hispana ipsius Narrationis, in tomo

1.º operis supra cit. *Colección de obras etc., ante Praeam. ad lectorem, petitionem licentiae, et licentiam ad impres. vers. italicae.*

(4) Beristain art. Velez de Guevara D. Juan.

(5) Florencia, La Estrella del Norte de México, cap. 34. n.º 363.—Beristain, Bibliot. art. Velez de Guevara D. Juan.

miracula à Domino per quandam Imaginem B. M. V. de Guadalupe Oaxaquensi in civitate operata, quae patrata intellexit ad fidem confirmandam, et ad Deiparae devotionem fovendam. Apparitionem Guadalupensem affirmat, et præcepit quod eo ipso anno, die 12 Decembris, qui fuit dies ultimæ Apparitionis, *doce del mes de Diciembre, dia de su última y gloriosa Aparicion,* (sunt ejus verba) pro gratiarum actione festum celebraretur in honorem B. M. V. de Guadalupe in ejus templo in civitate illa, ipso Antistite assistente, et Capitulo Cathedralis, Missa solemniter celebrata, et concione habita ad populum. (1)

21. Doctor Nicolaus Gomez de Cervantes, Archidiaconus, Doctor Petrus Otalora, Canonicus, Fr. Franciseus Burgos, Fr. Nicolaus Cabrera, Fr. Christophorus à Conceptione, Fr. Joseph Rodriguez, Fr. Nicolaus Castellon, Fr. Joseph de Rivera, Fr. Lazarus Escobar, Fr. Nicolaus Robles, P. Augustinus Vargas, et P. Emmanuel Venavidez.

Hos consuluit Rmus Monterroso de miraculis B. M. V. de Guadalupe, quae vera declaravit; atque hi omnes vera illa miracula judicarunt, Nec dubium quod idem sensit Vicarius Generalis, qui de hoc juridice cognovit. (2)

22. Becerra Tanco D. Ludovicus, Presbyter, peritus Linguarum Latinae, Hebraicæ, Graecæ, Mexicanæ, Otomitæ, Italicae, etc.; doctus in Theologia, et Philosophia, et Rhetorica, et Poesi; Physicae regulariter peritus. Mexicanam Linguam et Otomitanam publice docuit, et Matheseos cathedram obtinuit in Mexicana Universitate. (3) Scripsit

(1) Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 26. Et eodem cap. n.º 296 transcrit ad litteram decretum Episcopale.

(2) Florencia ib eodem cap. n.º 295.

(3) Beristain Bibliot. Hisp Americ. art. Becerra D. Luis.

*La felicidad de México en la admirable Aparicion de la Virgen María N. Señora de Guadalupe: y Origen de su milagrosa Imagen que se venera en su Santuario, extramuros de la Ciudad.* Typ. dat. Mexici anno 1666, et locuple-  
tior anno 1675; Hispali ann. 1685; Matriti ann. 1785. In  
tom. I.º operis, cui titulus *Coleccion de obras y opúsculos pertenecientes á la Aparicion etc.* inseritur hoc opus. (1)

23. Medina Solis D. Antonius, Presbyter, scripsit  
*Loa que se representó y recitó en el cerro de Guadalupe en la solemne colocacion de la Imagen de Nuestra Señora en la nueva Hermita el dia 2 de Febrero de 1667.* Typ. edit.  
Mexici eodem anno. (2)

24. Aviles D. Joseph, clericus saecularis, theologus, et  
poeta, qui humanas litteras publice docuit, (3) scripsit  
*Viridarium poeticum in honorem, laudationem, et obsequium Immac. Conceptionis B. M. V. adumbratae in ejusdem Prototypo miraculosaee Mexiceae Imaginis de Guadalupe.* Typis edit Mexici anno 1669. Continet historiam praedictae Sacrae Imaginis. (4)

25. Lezamis D. Joseph, Presbyter, quem uti pium  
et praeclarum concionatorem laudat Beristain. (5)

(1) Videndi etiam Beristain Bibliot. art. Becerra D. Luis—  
Guridi Alcoser Apologia de la Aparicion, etc. cap. 15. §. 1.—  
Florencia, La Estrella del Norte de Mexico, cap. 14 num. 185.—  
Luzuriaga, ubi supra: et alii communiter.

(2) Beristain, Bibliot. art. Medina Solis D. Antonio.

(3) Beristain, Bibliot. art. Aviles D. José.

(4) Florencia, La Estrella del Norte de Mexico, cap. 34.  
num. 363—Beristain, Bibliot. Hisp. Americ. art. Aviles D. José—  
Guridi Alcoser, Apologia de la Aparicion, etc. cap. 15.  
§. 1.—Oquendo, Disert. hist. sobre la Aparicion, etc. tom. 2.  
cap. 7. §. 2. num. 466.

(5) Bibliot. art. Lezamis.

In opere, cui titulus *Vida de Santiago*, historiam affert  
templi B. M. V. de Guadalupe. (1) Non dicit bibliographus quo tempore scriptum fuerit hoc opus; verum narrat ejus auctorem ex Hispania venisse anno 1675; atque etiam notitiam affert alterius operis ejusdem auctoris typ. ed. anno 1699.

26. Castillo Fr. Martinus, franciscanus mexicanus,  
*Magister Sacrae Theologie*, quod titulum obtinuit a Summo Pontifice Alexandro VII, quod quidem plusquam sufficiens est ad ejus sapientiam extollendam: plura et optima scripsit: quaedam typis mandavit; alia manucripta reliquit. (2) Manuscriptum reliquit opus, cui titulus

*Ciudad Mistica, ó Exposicion del Salmo "Fundamenta ejus."* Loquitur in hoc opere de duabus Deiparae Imaginibus Mexici magna veneratione habitis, scilicet, de Guadalupe, et a Remediis. (3) Tempus quo hoc opus fuerit scriptum tacet bibliographus. Verum narrat hujus auctoris typ. edit. opera, sive Mexici, sive extra Mexicanum, ab anno 1657 usque ad annum 1684.

27. Gonzalez P. Balthassar, Soc. Jesu, adeo Mexicanae Linguae peritus, ut ejus *Cicero* fuerit appellatus, [4]  
scripsit eleganter

*Historiam Apparitionis Guadalupensis mexicano idiomate.* (5)

(1) Beristain, Bibliot. art. Lezamis D. José.

(2) Beristain, Bibliot. art. Castillo Fr. Martin.

(3) Beristain, Bibliot. art. Castillo Fr. Martin.

(4) Beristain, Bibliot. art. Gonzalez P. Baltasar.—Eguiara, Biblioth. Mexic. art. P. Balthassar Gonzalez.

(5) Beristain, Bibliot. art. Gonzalez P. Baltasar.—Eguíara, Biblioth. Mexic. art. P. Balthassar Gonzalez.

Annum, quo eam auctor scripsit, tacent bibliographi; verum narrant illum terram deseruisse anno 1678.

28. Riofrio D. Bernardus, qui licentiae gradum in Sacris Canonibus obtinuit in Mexicana Universitate, et Thesaurarium Dignitatem in Cathedrali Ecclesia Michuacanensi, (1) scripsit

*Centonicum Virgilianum Monumentum mirabilis Apparitionis Purissimae Virginis Mariae de Guadalupe, extra moenia civitatis mexicanae.* Typis edit Mexici anno 1680. (2)

29. Poesis viri periti in civitate cui nomen Queretaro

*Poeticam concertationem* habuere ad celebrandam dedicationem ditissimi et magnifici templi in honorem B. V. M. de Guadalupe. (3)

Haec concertatio locum habuit anno 1680, quo praedictum templum fuit dedicatum. (4)

30. Morales Pastrana D. Antonius, laicus, humanarum litterarum peritus, nec ignarus divinarum, (5) scripsit *Plura poemata in obsequium B. M. Virginis de Guadalupe:* quae jam perfecerat anno 1685. [6] *Cancion Real histórica de la milagrosa Imágen de Nuestra Señora de Guadalupe.*

(1) Beristain, Bibliot. art. Riofrio D. Bernardo.

(2) Beristain, Bibliot. art. Riofrio D. Bernardo.—Eguiara, Biblioteca Mexic. art. D. Bernardus de Riofrio.—Guridi Alcoser, Apolog. de la Aparic., etc. cap. 15, § 1.—Oquendo, Disert. hist. sobre la Aparicion, etc. tom. 2, cap. 7, § 2, núm. 467.

(3) Eguiara, Biblioth. Mexicana, art. D. Carolus Sigüenza et Gongora, núm. 675, ibi *Decora Queretari in nova Ecclesiastorum, etc.*

(4) V. infra Expl. et Comp. historic. argumentor. 9. et 10.

(5) Beristain, Bibliot. art. Morales Pastrana.

(6) Berist. ib.

*tra Señora de Guadalupe de México.* Typis edit. Mexici anno 1697. (1)

31. Luzuriaga Fr. Joannes, Ordinis Sancti Francisci, et Commissarius Generalis Mexicanarum Provinciarum ejusdem Ordinis, (2)

Narrat B. V. M. de Guadalupe Apparitionem in lib. 2 cap. 3. núm. 25. Historiae B. M. V. Imaginis, atque ejus templi dicti de Aranzazu. Mexicanis typis edit. anno 1686. (3)

32. Florencia P. Franciscus, Soc. Jesu, qui Philosophiam et Theologiam docuit in ipsius Societatis Collegio Maximo mexicano, et Procurator fuit Romae, et Matriti Provinciae suaee mexicanae, quod munus deinde Hispaniae obivit pro omnibus jesuitarum americanis Provinciis, [4] scripsit

*La Estrella del Norte de México, etc.* Mexic. typ. edit. 1688. [5] Hoc opus continet Apparitionum historiam, et ejus veritatis comprobationem plurimis et gravissimis argumentis vere invictis.

Notandum quod etiam si hoc opus ex typographia prodierit anno 1688, constat ex licentia Provincialis, data die 11 Octobris anno 1686, jam tunc opus fuisse expletum, et a theologo ad id munus electo, approbato. I-

(1) Beristain, Bibliot. Hisp. Americ. art. Morales Pastrana.—Guridi Alcoser, Apologia de la Aparicion etc. cap. 15, § 1.—Oquendo, Disert. hist. sobre la Aparicion etc. tom. 2, cap. 7, § 2, núm. 468.

(2) Berist. Bibliot. art Lazuriaga.

(3) Hoc opus ipse vidi.—De eo etiam Oquendo, Disert. hist. sobre la Aparicion etc. tom. 2, cap. 7. § 2, núm. 486.—Giridi Alcoser, Apolog. de la Aparic. etc. cap. 15, § 1.

(4) Beristain, Bibliot. art. Florencia P. Francisco.

(5) Beristain, Bibliot. art. Florencia P. Francisco; et alii communiter. Prae oculis habeo hoc opus.

ta constat in initio operis ubi approbationes et licentiae appositae sunt.

33. Betancurt Fr. Agustinus, Ordinis Sancti Francisci, suis sodalibus Philosophiam et Theologiam docuit, atque Linguae Mexicanæ fuit publicus Magister. Ab Indiarum Commissario Generali sua Provinciae Cronista constitutus fuit, quod deinde officium litteris Apostolicis fuit ipsi confirmatum. Mexicanam etiam Historiam, et Ecclesiasticam et civilem, illustravit. [1]

In opere, cui titulus *Cronica de la Provincia del Santo Evangelio de México*, in eadem civitate typ. edit. anno 1697 [2] sed approbato anno 1692 [3] tract. 5.<sup>o</sup> cap. 4.<sup>o</sup> num. 55 et seq. narrat Apparitiones B. M. Virginis de Guadalupe Joanni Didaco, et Apparitionem ipsius Imaginis coram Antistite mexicano in ipsius indi palliolo; atque de ejus cultu, et miraculis loquitur. [4]

34. Franco de Toledo D. Augustinus, qui in Mexicana Universitate Doctoris lauream obtinuit; atque Clementinas et Instit. ibidem docuit, et in Regio Auditorio Mexicano consedit: vir litteratus, et Matheseos peritus. (5) Hic ipse est, ut patet ex Eguiara et Beristain, quem Boturini (6) dicit Franquis, et similiter Guridi Alcoser. (7) Reliquit

[1] Eguiara, Bibliotheca Mexicana, art. Fr. Augustinus de Betancurt.—Beristain, Bibl. art. Betancurt Fr. Agustin.

[2] Eguiara, Bibl. art. Fr. Augustinus Betancurt.—Beristain, Bibl. art. Betancurt Fr. Agustin.

(3) V. licentiam Commissarii, operi praefixam.

(4) Est in conspectu hoc opus cum scribitur haec Dissertatio.—V. etiam Oquendo, Disert. hist. sobre la Aparicion etc. tom. 2, cap. 7, § 4, num. 511 et seq.—Guridi Aleoser, Apolog. de la Aparicion etc. cap. 15 § 1.

[5] Eguiara, Bibl. art. Augustinus Franco de Toledo.—Beristain, Bibl. art. Franco de Toledo D. Agustin.

(6) Catálogo del Museo Indiano, § 35, núm. 10.

(7) Apol. de la Aparicion etc. cap. 15, § 1.

Quaedam Manuscripta, quae ita nuntiat Boturini: (1) Diferentes cuadernos de Apuntes Históricos, probados en forma jurídica con textos de ambos Derechos. Obra que dedico a la gran Señora [B. M. V. de Guadalupe].

In eo opere, uti claris verbis exprimit Eguiara, (2) Guadalupensis Imaginis historia optimis monumentis historicis, et Juris argumentis illustratur.

Quo anno hoc opus perfectum fuerit non constat; verum conjici potest ex eo quod ejus auctor anno 1702 quodam Poema publicum fecit (3)

35. Aviles..... Presbiter. Huic pertinet  
Manuscrito de las Apariciones y del nuevo célebre Santuario que se fabricó últimamente en Guadalupe.

His verbis hoc opus nuntiat Boturini, [4] quod quidem opus apud se hubuit. [5] Atque asserit sibi videiri operis auctorem esse Presbiterum..... Aviles, licet alius, gloriam ambiens, veri auctoris nomen delebit, et suum nomen apposuerit operi; insuper addens nonnulla folia á se scripta. [6]

Quo autem tempore prodierit hoc Manuscriptum conjici poterit ex eo quod dicat Boturini ejus auctorem loqui del nuevo célebre Santuario que se fabricó últimamente. Quatuor autem templo fuerant constructa ad Tepeyacatl in honorem B. M. V. de Guadalupe: primum parvulum fuit: tertium non fuit erectum nisi ut ibi asservaretur Sacra Imago dum quartum aedificabatur: templum secundum dicatum anno 1622; quartum dicatum fuit anno 1709. (7) De hoc templo agi videtur; nam quartum

(1) Catálogo del Museo Indiano, § 35, núm. 10.

(2) Eguiara, ubi supra.

(3) Beristain, ubi supra.

(4) Boturini, Catálogo del Museo Indiano, § 35, núm. 9.

(5) ib.

(6) ib.

(7) Guridi Alcoser, Apol. de la Aparicion, Apéndice, § 2.

templum erat ultimo erectum eo tempore quo Mexici degebatur Boturini.

Num hic Aviles idem est qui scripsit *Viridarum poetum* (de quo ante), An alius? Alium esse credibile est, nam *Viridarium* typ. fuit edit. anno 1669; templum autem de quo hic Aviles, illud esse videtur quod dictum fuit anno 1709, id est, quadraginta annis post *Viridarium* editionem.

36. Ayala Fr. Antonius, Doctor Universitatis Mexicanae, qui, et docuit ut Magister, et studia direxit in Collegio Sancti Pauli, et Provincialis Praelatus Augustinianae Mexicanae Provinciae fuit; atque Mexicanarum antiquitatum fuit peritus, [1] scripsit

*Deprecacion á Nuestra Señora de Guadalupe, hecha a nombre de la Provincia Agustiniana de México, contra los terremotos, incendios y pestes.* Typis edit Mexici anno 1712. [2]

37. Perez de la Fuente D. Joseph Antonius, Parochus, Linguae Mexicanae peritissimus, et humanarum litterarum studiosus, [3] Inter alia haec Manuscripta reliquit.

*Relacion de la admirable Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe, escrito en Mexicano y en Castellano.* Scrip-  
ta fuit haec Narratio anno 1712. (4)

*Drama sacrum* de eadem re mexicanis versibus.

*Mexicana Carmina* de eadem re.

Haec tria opera apud se habuit Boturini. [5]

(1) Beristain, Bibliot. art. Ayala Fr. Antonio.—Eguiara, Bibliot. art. Fr. Antonius de Ayala.

(2) Egiara, ubi supra.—Berist. ubi supra.

(3) Beristain, Bibliot. art. Fuente D. Antonio Perez.

(4) Berist. ib.

(5) Catalogo del Museo Indiano, § 24, n.º 5, et § 35, n.º 8.

38. Villerias D. Joseph, Advocatus Regii Auditorii Mexicanani, humanis in litteris, et in lingua non modo Latina, sed etiam Graeca instructus, [1] scripsit

*Poema*, Typ. ed. anno 1724, de quo meminit Guridi Alcoser, [2] narrans scriptores, qui de Guadalupensi Apparitione locuti sunt.

Asserit Beristain inter opera hujus auctoris, quae tribus tomis in Biblioth. Mexicanae Universitatis tunc inveniebantur, haberi opus cui titulus *Guadalupe*, quatuor libris comprehensum, scriptum anno 1724. (3) Aliud a Poemate erit necne hoc opus?

39. A Sancto Cayetano Joseph, Tertiī Ordinis Sancti Augustini, (4) scripsit

Doctor in Philosophia in Mexicana Universitate, et in aliis eruditus, quem Regalis Hispana Academia in suos, licet exterum, elegit anno 1860. Obiit anno 1861.

Poemata ejus, uno volumine collecta, edita leguntur in opere cui titulus *Biblioteca de autores mexicanos*. In illis habetur hispanis versibus tetradecastichum, cui titulus

*A la Santísima Virgen de Guadalupe.*

115. Sotomayor D. Joseph Franciseus, pius et doctus Sacerdos, scripsit

*Reflexiones sobre la Aparicion de la Santísima Virgen de Guadalupe de México.* Typ. ed. in civitate Zacatecas anno 1870. Narrat Apparitionum historiam, et super eam piissime meditatur. Prae oculis habeo hoc opus.

116. Alvarez D. Ignatius, Advocatus, In opere cui titulus. *Estudios sobre la Historia general de México*, tom. 2, cap. 39. tractat de mirabili Apparitione B. M. V. de Guadalupe. Operis tomus secundus typ. ed. fuit in civitate Zacatecas anno 1870. Prae oculis habeo hoc opus.

117. Quidam Sacerdos adhuc vivens, qui Mexicum advenit, et nomen suum celare voluit, scripsit

*El Patronato Nacional de la Virgen del Tepeyacac: Compendio histórico.* Typ. ed. in civitate Guadalaxara anno 1883. Prae oculis habeo hoc opusculum.

*La Virgen del Tepeyacatl, Patrona principal de la Nación Mexicana.* Typ. ed. Guadalaxarae anno 1884. Prae oculis habeo hoc opus, in quo invicta demonstratur veritas Apparitionis.

118. Alius Sacerdos mexicanus, qui nomen suum non patefecit, scripsit

*Santa María de Guadalupe Patrona de los mexicanos etc.*

Typ. ed. Guadalaxara anno 1884. Prae oculis habeo hoc opus, in quo Apparitionis veritas plane demonstratur.

119. Cum his temporibus plurimum invaluerit consuetudo statutis diebus sive de Religione, sive de aliis scientiis, sive de rebus publicis typis scripta edere, quae etiam in volumina rediguntur, in his quoque scriptis publicis de Apparitione B. M. V. de Guadalupe frequenter tractatur. Et praeterea, quis numerare poterit et parva poemata, et parva opuscula, quibus de Apparitione B. M. V. de Guadalupe agitur ex professo? Ex his, plus quam 10000 exempl. typ. edit. nuper distributa fuere in populo, et in urbe Mexici, et in civitate Guadalaxarae, causa festi diei 12 Decembris.

Sed non est facile mexicanos omnes qui de hac rescriperunt numerare. Videamus ergo qui fuerint exteri scriptores, qui de Apparitione testimonium dederent.

#### DE EXTERIS SCRIPTORIBUS.

120. Daza Fr. Antonius, Ordinis Sancti Francisci, scripsit *Discurso sobre la Purísima Concepcion*, atque ibi etiam de B. M. V. de Guadalupe verba facit. Matri-typis edit juxta Oquendo, anno 1621 et 1628. (1)

121. P. Eusebius Nieremberg in opere cui titulus *Trophae Mariana, seu de victrice misericordia Deiparae patrocinantis hominibus*, in libro sexto, caput sexagesimum nonum habet hunc titulum *Imago mexicana de Guadalupe*. Ibi enarrat primam Apparitionem B. M. V. Joannem Di-

(1) Oquendo, *Diser. historica sobre la Aparicion etc.*, tom. 2, cap. 7, § 3, núm. 496.—Florencia, Estrella del Norte de Méjico, cap. 12, núm. 96.—Guridi Alcoser, *Apología de la Aparicion etc.*, cap. 15, § 1.

dacum mittentis ad Mexicanum Antistitem ut suum in honorem templum Tepeyacac strueret; et quod tandem "post varias apparitiones," Joannem Deipara jussit "rosas et varios flores," qui in illo arido colle supra naturam apparuerunt, carpera, et ad Episcopum deferre in signum B. Virginis voluntatis, quos ubi Joannes coram Antiste e pallio dimisit, depicta coelitus apparuit in ipso pallio Guadalupensis Imago; quam describit. Servatur hoc opus in bibliotheca publica Guadalaxarensi, typ. ed. Antwerpiae anno 1658. (1)

122. Alva y Astorga Fr. Petrus, Ordinis Sancti Francisci, in opere cui titulus *Militia contra malitiam*, in verbo *Joannes Zumarraga*, de B. M. V. de Guadalupe tractat. Opus typ. editum fuit, juxta Oquendo, (2) anno 1663.

123. Nicoseli Anastasius, Italus, ex illis, quae de Apparitione Roman missa fuerunt anno 1663, historiam ipsius Apparitionis typis edidit Romae italica lingua anno 1681. (3)

124. Saneta Maria Fr. Antonius, in opere, cui titulus *Iglesia triunfante española*, in secunda editione anni 1683, bene scripsit, ait P. Florencia, (4) de B. M. V. de Guadalupe.

125. Fuente D. Andreas Didacus, Presbyter, de B. M.

(1) Et insuper V. Florencia, Estrella del Norte de Méjico, cap. 14, núm. 187.—Oquendo, ubi supra, núm. 493.—Guridi Alcoser, ubi supra.

(2) Ubi supra, núm. 498.—Et videatur etiam Florencia opere cit, cap. 12, núm. 96.—Guridi Alcoser, ubi supra.

(3) Oquendo, ubi supra, núm. 503.—Guridi Alcoser, ubi supra.

(4) Operé supra cit, cap. 14, núm. 189.—Et v. Oquendo, ubi supra, núm. 494.—Guridi Alcoser, ubi supra.

V. de Guadalupe verba facit in quodam poemate hexametris latinis scripto, et typ. ed. anno 1683, Juxta Oquendo, hic auctor, non modo non mexicanus, sed neque hispanus existimandus est, tum quia ejus nomen non legitur in Bibliotheca Hisp. Nicolai Antonii, tum etiam quia ejus poema extra Hispaniam typ. ed. fuit. (1)

(126) Medina Baltazar, vir alieujus ordinis religiosi, juxta aliquos, non ita juxta Oquendo: in tractatu de Conceptione B. M. V., de Imagine nostra Guadalupensi verba facit. Hic auctor antiquior est P. Florencia à quo adducitur. (2) Opus autem P. Florencia fuit approbatum anno 1686, ut ante dictum est.

(127) Gumpemberg P. Guillermus, Soc. Jesu, in opere cui titulus *Atlante Mariano*, centuria 6, de B. M. V. de Guadalupe verba facit, et consilia Altissime demirando, concludit quod ante pauperrimum palliolum, ex pauperis indi humeris desumptum, et Archiepiscopi, et Episcopi, et Principes genuflectant, propter Deiparae Imaginem ibi coelitus depictam. Hic auctor antiquior est P. Florencia, à quo adducitur. (3)

(128) Quidam religiosus Societatis Jesu, qui scripsit de Excelentia Sancti Gabrielis, cum ejus judicio *angelus ille, qui ad pedes B. M. V. de Guadalupe, simul cum ipsis Deiparae Imagine depictus fuit, (et adhuc ibi videtur) Gabriel Archangelus sit existimandus, ea occasione de ipsis Imaginis B. M. V. de Guadalupe miraculosa for-*

(1) Oquendo, ubi supra, núm. 508.

(2) Estrella del Norte de México, cap. 12, núm. 96.—Et etiam v. Oquendo, ubi supra, núm. 497.—Guridi Alcoser, ubi supra.

(3) Florencia, opere cit., cap. 14, núm. 188.—Oquendo, ubi supra, núm. 505.—Guridi Alcoser, ubi supra.

matione verba facit. Quae de hoc scripsit praedictus auctor, affert ad litteram, P. Florencia (1) Hic auctor juxta Florencia (2) ad Provinciam Jesuitarum mexicanam pertinebat; sed origine exterus fuit. Sive mexicanum, sive exterum habeat illum lector.

(129) Allosa P. Joannes, Soc. Jesu, in opere cui titulus *Cielo estrellado de María*, lib. 4, cap. 1, § 18, refert tres Apparitiones B. M. V. indo sese exhibens, et flores, miraculose ortas, ab ipsa Virgine acceptas, et Episcopo ab indo delatas, et Imaginem Guadalupensem mirabiliter ex floribus depictam. Quantum ad aliquas miraculi circumstantias non accurate loquitur hic auctor. Excusandus quoniam exterus est. Exemplar hujus operis servatur in Bibliotheca publica Guadalaxarensi, typ. editum anno 1691. Sed opus antiquius est, quoniam adducitur a Florencia in opere, cui titulus *Estrella del Norte de México*, (3) quod approbatum fuit anno 1686.

(130) Miralles (vel Morales) P. Christophorus, Soc. Jesu, in opere, cui titulus *Anagrama de Santa Rosa de Santa María*. Typ. editum, juxta Oquendo, anno 1697, de Imagine Guadalupensi, miraculose depicta ex floribus, verba facit. (4)

(131) Scherer P. . . . Soc. Jesu, *Guadalupensis Virginis meminit in opere*, cui titulus *Atlas Mariano*. (5)

(1) Estrella del Norte de México, cap. x, § 3.

(2) Ib. núm. 77.

(3) Cap. 14, núm. 189.—V. etiam, Guridi Alcoser, ubi supra.

(4) Oquendo, ubi supra, núm. 499.—Guridi Alcoser, ubi supra.

(5) Guridi Alcoser, ubi supra.

132. Rossignoli P. Carolus Gregorius de Guadalupensis Virgine verba facit in opere, cui titulus *Maravillas de Dios en sus Santos.* (1)

133. Gemeli Carreri Joannes Franciscus, Italus, in opere, cui titulus *El giro del Mundo*, tom. 6. B. M. V. de Guadalupe meminit, juxta Guridi Alcoser. (2) Hoc opus, juxta Beristain, (3) typ. editum fuit anno 1700. Atque juxta ipsum Beristain hic Gemeli Carreri, vel alius, qui hoc nomen sibi assumpsit, Mexicum advenit, atque eruditissimum nostrum Carolum Sigüenza adivit, et familiariter cum ipso conversatus est, a quo duas mappas accepit; et absque dubio plura ad res nostras pertinentia didicit ab illo.

134. Alvarez de la Fuente Fr. Joseph, Ordinis Sancti Francisci, meminit B. M. V. de Guadalupe in opere, cui titulus *Diario Histórico.* Typ. ed. Matriti anno 1733. (4)

135. Anno 1740, agente Congregatione Guadalupensi Matriti instituta, typis edita fuere plusquam tria millia exemplaria ejusdem Compendii historiae Apparitionis B. M. V. de Guadalupe, latine scripti, eo fine, ut per religiosos Ordinis Sancti Francisci, qui ad Capitulum Generale, eo anno celebrandum, venirent, notitia Apparitionis exteris in Regnis difunderetur. Quod compendium deinde typis editum fuit et Romae, et Germaniae, et rursus Hispaniae. (5)

(1) Guridi Alcoser, ib.

(2) Ib.

(3) Biblioteca, art. Gemeli Carreri.

(4) Guridi Alcoser, ubi supra.

(5) Teobaldo Rivera, Relacion y estado del culto, lustre, progresos y utilidad de la Real Congregacion sita en Madrid, erigida al portentoso simulacro de María Santísima, aparecida en México y conocida con el título de Guadalupe, § 1.

Etiam Trium dierum depreciationis B. M. V. de Guadalupe, in honorem ipsius Apparitionum, typis ed. fuere sex millia exemplaria; deinde novem millia; cumque novem vicibus fuisset typis editum hoc opusculum, ut et Hispaniae, et Americae fidelium foveretur devotio, distributa recensentur plusquam quinquaginta millia exemplaria hujus opusculi, praeter editionem Romae factam. (1)

136. Palomino D. Antonius, pector, in opere, cui titulus *Museo pictorico*, cum de cultu aliquarum Imaginum, ut ostendat quomodo pingendi Ars etiam coelitus sit honorata, Apparitionem refert Mexiceae Guadalupensis Virginis, ejusque imaginem describit eleganter. (2)

137. A Sancto Josepho Fr. Franciscus opus scripsit, cui titulus *Historia universal de la primitiva y milagrosa Imagen de N. Señora de Guadalupe.* Typ. ed. Matriti anno 1743. Tractat absque dubio hoc opus de illa imagine, quae Hispaniae ita cognominatur; verum etiam Mexiceae Guadalupensis Imaginis historiam refert. Sed in hoc erravit hic auctor quod Mexicam Imaginem illi, quae Hispaniae veneratur, conformem dicat. (3)

138. Ibañez de la Renteria D. Josephus, Doctor, Guadalupensis Apparitionis meminit in opere, cui titulus *Lux Concionat.* Paris. ed. typ. edit. (4) Ut exterum adduco hunc auctorem non modo propter locum ubi typis fuit eius opus, verum etiam eo quod bibliographus noster Beristain eum non adduxit in sua Bibliotheca.

(1) Teobaldo Rivera, ubi supra.

(2) Oquendo, ubi supra, núm. 502.—Guridi Alcoser, ubi supra.

(3) Oquendo, ubi supra, núm. 500.—Guridi Alcoser, ubi supra.

(4) Guridi Alcoser, ubi supra.

139. In opere Ludovici Moreri, cui titulus *Dictionnaire historique*, quod hispane transtulit et adauxit D. Joseph Miravel y Casadevante, in verbo, *México*, cum de intentione erigendi in Collegiatam, illam, quae adhuc erat Parochialis Ecclesia B. M. V. de Guadalupe, meminit Guadalupensis Apparitionis. Hoc in tom. 6, qui fuit typ. edit. Paris. anno 1753. Prae oculis habeo hoc opus; et etiam adducitur a Guridi Alcoser. (1)

140. Lozano y Valdepeñas Franciscus Xaverius Guadalupensis Apparitionis meminit in quodam Poemate de Deo, typ. edit. Barcinon. anno 1788. (2) Fortasse hic auctor ille ipse est P. Franciscus Xaverius Lozano de quo Beristain, (3) qui fuit natus Valdepeñas in Toletana Archidioecesi, et Soc. Jesu ingressus est, atque Mexicanum advenit, et simul cum sociis exul exivit anno 1767, et proinde Europam redidit. Hic, de quo Beristain, typ. edidit Barcinone. *Los atributos de Dios y misterios del Dios Hombre. Poema en verso Castellano, traducción del que en Latin escribió el P. Diego Abad, Jesuita Mexicano.* Sive ut mexicanum, sive ut exterum habeat lector hunc auctorem, quoniam Mexici per aliquod tempus vixit, sed extra Mexicanum suum Poema typ. edidit, et absque dubio saltem magna ex parte extra Mexicanum illud elaboravit.

141. Alcedo D. Antonius, militari honori insignitus, in opere, cui titulus *Diccionario Geográfico histórico de las Indias Occidentales* non semel meminit B. M. V. de Guadalupe, scilicet in verbo *Guadalupe*, secundo loco, ibi, *Tiene el mismo nombre un pueblo de la Nueva España*, etc.

(1) Ubi supra.

(2) Guridi Alcoser, ubi supra.

(3) Biblioteca Hisp. Amer. art. Lozano P. Francisco Xavier.

verbo *México*, cum de urbe tractat, cuius Patronam principalem dicit B. M. V. de Guadalupe miraculose depictam in Joannis Didaci palliolo; atque cum Archiepiscoporum texit catalogum, non modo de Apparitione verba facit, verum etiam de his, quae a diversis Archiepiscopis facta sunt ad cultum augendum ipsius B. M. V. de Guadalupe. Prae oculis habeo hoc opus, typ. editum Matriti. Tom. II. ubi habetur verbum *Guadalupe*, fuit typ. ed. anno 1787, tom. vero III. ubi invenitur verbum *México*, anno 1788.

142. Quoddam parvulum opuseculum, etiam adducit Guridi Alcoser, (1) Italica lingua Romae typ. ed. anno 1797, ubi et de Apparitione Guadalupensi, et de quodam miraculo B. M. V. de Guadalupe mentio habetur.

143. Centeno Fr. Petrus, et Fernandez de Rojas Fr. Joannes, Ordinis Sancti Angustini, aliqua addiderunt Anno *Christiano*, quod scripsit P. Croiset, atque inter addita habetur die 12 Decembris historia Guadalupensis Apparitionum. (2) Exemplar hispane translatum hujusmodi operis, sic adaequati, habetur in Bibliotheca Seminarii hujus civitatis de Guadalaxara.

144. Anno 1883 in civitate Sancti Francisci, in Superiori California, in Republica Septentrionali America, typ. editum fuit opus, cui titulus *The Works of Hubert Howe Bancroft*, atque in hoc opere Guadalupensis Apparitionis historia adducitur. Hoc opus apud se habet Rmus. Camacho, Episcopus Dioeceseos de Querétaro, et insuper adducitur in opere, cui titulus *Santa María de Guadalupe Patrona de los Mexicanos*, in Annotatione ad num. 200.

(1) Ubi supra.

(2) Guridi Alcoser, ubi supra.

Hi sunt exteri scriptores, de quibus notitiam dare licuit.

*Praetmissus fuit inter mexicanos scriptores*

145. Ruiz Conejares D. Franciscus de Paula, qui opera typ. edidit ab anno 1803 usque ad annum 1811, (1) atque scripsit quoddam. Poema, cui titulus

*La Virgen Mexicana, cujus aliqua carmina inseruntur in opere, cui titulus Santa María de Guadalupe, Patrona de los Mexicanos.* (2)

146. Etiam fuit omissus inter mexicanos scriptores D. Philippus Apellanis, qui saeculo XVIII ms. reliquit, cui titulus *Obice reverente á la coronacion de Nuestra Señora de Guadalupe.* (3) Nec est conspectu hoc ms, nec in alio auctore narratum inveni cur Apellanis respuerit coronationem (de qua re ad Summum Pontificem pertinet providere). Verum nemo praedictum Apellanis credidit Apparitioni adversarium.

Inutile est animadvertere scriptorum testimonia, non solum valere ex ipsorum auctoritate, verum etiam ex auctoritate illorum, qui scripta approbaverunt, et illorum qui licentiam concesserunt ut typis ederentur; atque etiam ex publico consensu in iis, quae ipsi asserunt.

AD ARGUMENTUM OCTAVUM.

*Explanatio et comprobatio historica. De sacris concionibus in honorem B. M. V. de Guadalupe.*

Primum, notitiam tradere, in quantum fieri possit, opus est, de concionibus, quas constat vel typ. editas fuisse, vel manuscriptas servatas. Notitia concionum assumetur maxime ex Beristain in sua Bibliotheca Hisp.

(1) Berist., Bibliot. art. Conejares.

(2) § 14, núm. 285.

(3) Beristain Bibliot., art. Apellanis.

Americ.: quoties aliqua notitia ex alio auctore habeatur, annotabitur. Ascribantur ergo,

1. Herrera Fr. Andreeae, Ordinis Praedicatorum, Concio una typ. ed. .... dicta in illa Americae Meridionalis parte, cui nomen Perú, anno 1658: (1)
2. A S. Michaele P. Joanni, Soc. Jesu, Concio una typ. ed. anno 1671:
3. Mendoza Fr. Joanni, Ordinis Sancti Francisci, Concio una typ. ed. an. 1673:
4. Herrera Suarez Fr. Josepho, Ordinis Sancti Dominici, Concio una typ. ed. an. 1673:
5. Lopez P. Francisco, Societatis Jesu, Concio una typ. ed. anno ..... Matriti dicta, juxta P. Florencia: (2)
6. Gómez de Cervantes Dr. D. Nicolao, Dignitate decorato in Cathedrali Ecclesiae Oaxaquensi, Concio una, typ. ed. (3)
7. Robles P. Joanni, Soc. Jesu, Concio una typ. ed. an. 1682, et etiam Juxta Florencia, (4) alia concio typ. edita.....
8. A Sancta Teresia Fr. Ludovico, Concio una typ. edit. anno 1683:
9. Benites Fr. Laurentio, Ordinis Sancti Francisci, Concio una, typ. ed. an. 1685:
10. Navarro a S. Antonio Fr. Bartholomaeo, Ordinis Praedicatorum, Concio una typ. ed. an. 1686:

11. A S. Josehpo Fr. Emmanueli, Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo.

(1) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 18, núm. 722.

(2) Estrella del Norte de México, cap. 34, núm. 362.

(3) Florencia, ubi supra.

(4) Ib.

Hi sunt exteri scriptores, de quibus notitiam dare licuit.

*Praetmissus fuit inter mexicanos scriptores*

145. Ruiz Conejares D. Franciscus de Paula, qui opera typ. edidit ab anno 1803 usque ad annum 1811, (1) atque scripsit quoddam. Poema, cui titulus

*La Virgen Mexicana, cujus aliqua carmina inseruntur in opere, cui titulus Santa María de Guadalupe, Patrona de los Mexicanos.* (2)

146. Etiam fuit omissus inter mexicanos scriptores D. Philippus Apellanis, qui saeculo XVIII ms. reliquit, cui titulus *Obice reverente á la coronacion de Nuestra Señora de Guadalupe.* (3) Nec est conspectu hoc ms, nec in alio auctore narratum inveni cur Apellanis respuerit coronationem (de qua re ad Summum Pontificem pertinet providere). Verum nemo praedictum Apellanis credidit Apparitioni adversarium.

Inutile est animadvertere scriptorum testimonia, non solum valere ex ipsorum auctoritate, verum etiam ex auctoritate illorum, qui scripta approbaverunt, et illorum qui licentiam concesserunt ut typis ederentur; atque etiam ex publico consensu in iis, quae ipsi asserunt.

AD ARGUMENTUM OCTAVUM.

*Explanatio et comprobatio historica. De sacris concionibus in honorem B. M. V. de Guadalupe.*

Primum, notitiam tradere, in quantum fieri possit, opus est, de concionibus, quas constat vel typ. editas fuisse, vel manuscriptas servatas. Notitia concionum assumetur maxime ex Beristain in sua Bibliotheca Hisp.

(1) Berist., Bibliot. art. Conejares.

(2) § 14, núm. 285.

(3) Beristain Bibliot., art. Apellanis.

Americ.: quoties aliqua notitia ex alio auctore habeatur, annotabitur. Ascribantur ergo,

1. Herrera Fr. Andreeae, Ordinis Praedicatorum, Concio una typ. ed. .... dicta in illa Americae Meridionalis parte, cui nomen Perú, anno 1658: (1)
2. A S. Michaele P. Joanni, Soc. Jesu, Concio una typ. ed. anno 1671:
3. Mendoza Fr. Joanni, Ordinis Sancti Francisci, Concio una typ. ed. an. 1673:
4. Herrera Suarez Fr. Josepho, Ordinis Sancti Dominici, Concio una typ. ed. an. 1673:
5. Lopez P. Francisco, Societatis Jesu, Concio una typ. ed. anno ..... Matriti dicta, juxta P. Florencia: (2)
6. Gómez de Cervantes Dr. D. Nicolao, Dignitate decorato in Cathedrali Ecclesiae Oaxaquensi, Concio una, typ. ed. (3)
7. Robles P. Joanni, Soc. Jesu, Concio una typ. ed. an. 1682, et etiam Juxta Florencia, (4) alia concio typ. edita.....
8. A Sancta Teresia Fr. Ludovico, Concio una typ. edit. anno 1683:
9. Benites Fr. Laurentio, Ordinis Sancti Francisci, Concio una, typ. ed. an. 1685:
10. Navarro a S. Antonio Fr. Bartholomaeo, Ordinis Praedicatorum, Concio una typ. ed. an. 1686:

11. A S. Josehpo Fr. Emmanueli, Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo.

(1) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 18, núm. 722.

(2) Estrella del Norte de México, cap. 34, núm. 362.

(3) Florencia, ubi supra.

(4) Ib.

- Concio una typ. ed. an. 1687:  
 12. A S. Josepho Fr. Joanni, Ordinis Praedicatorum,  
 Concio una typ. ed. anno 1701:  
 13. Goicoechea P. Joanni, Societatis Jesu,  
 Concio una typ. Mex. ed. an. 1709:  
 14. Guerra Fr. Josepho, Ordinis S. Francisci,  
 Concio una typ. Mexici ed. an. 1709:  
 15. Segura Troncoso Fr. Joanni Antonio, Ordinis B.  
 M. V. de Mercede,  
 Concio una typ. Mexici ed. anno 1720:  
 16. Espinosa P. D. Joanni Perez,  
 Concio de B. M. V. de Guadalupe manuscriptae:  
*(i) Quo tempore? Conjici poterit ex eo quod aliqua ejus opera edita fuerunt anno 1720 et deinceps*  
 17. A S. Michaeli Fr. Mathiae Sanz  
 Concio una, typ. Mexici ed. an. 1721:  
 18. A S. Antonio Fr. Mathiae, Ordinis S. Francisci,  
 Concio in dedicatione novi templi B. M. V. de Guadalupe, in civitate Zacatecas, typ. ed. an. 1721:  
 19. Aroche Fr. Michaeli, Ordinis B. M. de Mercede,  
 Concio una, typ. Mexici edit anno 1732:  
 20. Hita y Parra D. Bartholomaeo, Dignitate decorato in Ecclesia Metropolitana Mexicana,  
 Concio tres, typ. ed. an. 1732, et 1744, et 1747:  
 21. Borruel Fr. Cosma, Ordinis S. Francisci,  
 Concio una typ. ed. anno 1733:  
 22. Villa y Sanchez Fr. Joanni, Ordin. Praedicatorum,  
 Concio una, typ. edit. Mex. an. 1734:  
 23. Montaño Rmo D. Thomae, Dignitate decorato in Eccle. Metrop. Mex. et deinde Episcopo Oaxaquensi,  
 Concio una typ. ed. Mexi. anno 1737:  
 24. Picazo Fr. Michaeli, Ordinis B. M. de Mercede,  
 Concio una typ. ed. an. 1738:  
 25. Arlegui Fr. Josepho, Ordinis Sancti Francisci,

- Conciones duae, typ. Mex. ed anno 1738, et 1743:  
 26. Anguita D. Joanni Waldo, Canonico Cathedralis Ecclesiae Michuacanensis,  
 Concio duas, typ. ed. 1739, et 1744:  
 27. Palos D. Josepho Fernandez  
 Concio una, typ. ed. Mex an. 1743:  
 28. Carranza P. Francisco Xaverio, Soc. Jesu,  
 Concio una, typ. Mex. ed. an. 1749:  
 29. Lopez P. Joanni Francisco, Soc. Jesu,  
 Concio una, typ. Mex. ed.; dicta in Collegiata Ecclesia B. M. V. de Guadalupe, primo die, quo concessio Apostolica Guadalupensis Patronatus ibi fuit celebrata:  
 30. Beltran D. Ludovico, Portionario Eccles. Collegiatae B. M. V. de Guadalupe,  
 Concio una, typ. ed. an. 1756:  
 31. Torres D. Cayetano, Dignitate decorato in Mexicana Eccle. Metropolitana,  
 Concio una, typ. Mex. ed. an. 1757, dicta in Metropolitana Ecclesia Mexicana, anno 1756, in solemnitate pro concessione Patronatus B. M. V. de Guadalupe:  
 32. Eguiara y Eguren D. Joanni Josepho, qui Dignitatem Episcopalem non admisit,  
 Concio dicta anno 1756 in solemnitate pro concessione Patronatus B. M. V. de Guadalupe, quae typ. fuit edita juxta Oquendo: (1)  
 33. Cigala D. Hieronimo Morales, Canonico Oaxaquensi,  
 Concio una, typ. Mex. ed. an. 1757:  
 34. Hesboso Fr. Petro Ortiz, Ordinis Praedicatorum,  
 Concio una, typ. Mex. ed. anno 1757:  
 35. Ponce de Leon D. Josepho Eugenio

(1) Disertacion histor. sobre la Aparicion etc. tom. 2, cap. 9, § 2, num. 690 et seq.

- Concio una, typ. Mex. ed. anno 1757:  
 36. Vega D. Mariano Antonio, Canonico Guadalup.  
 Collegiatae Ecclesiae,  
 Concio una, typ. Mex. ed. anno 1757:  
 37. Martinez Rios Fr. Emmanuel, Ordinis S. Francisci,  
 Concio una, typ. ed. anno 1758:  
 38. Muñoz Castilblanque Fr. Antonio, Ord. B. M. V.  
 de Mercede,  
 Concio una, typ. ed. anno 1758:  
 39. Alcantara D. Josepho Diaz  
*Quoddam de B. M. V. de Guadalupe scriptum, quod non clare apparet an sit concio, an aliud opusculum, typ. ed. anno 1758:*  
 40. Contreras P. Francisco Xaverio, Soc. Jesu,  
 Concio una, typ. Mex. edi. an. 1758:  
 41. Gaona Fr. Josepho, Ordinis S. Francisci,  
 Concio una, typ. Mex. edit anno 1758:  
 42. Pardo Fr. Philippo, Ord. S. Agustini,  
 Concio una, typ. Mex. ed. anno 1758:  
 43. Valderas D. Ignatio  
 Concio una, typ. Mex. ed. anno 1758:  
 44. Vallejo y Diaz D. Josepho Rodriguez  
 Concio una, typ. Mex ed. an. 1758:  
 45. Alfaro Fr. Josepho, Ordinis S. Dominici,  
 Concio una, typ. ed. Mex. anno 1759:  
 46. Camacho Fr. Josepho, Ordinis S. Augustini,  
 Concio una, typ. ed. Mex. anno 1759:  
 47. Casares Fr. Emmanuel, Ordinis S. Francisci,  
 Concio una, typ. ed. Mex anno 1759:  
 48. Espinosa Fr. Michaeli, Ordinis S Augustini,  
 Concio una, typ. ed. Mex. anno 1759:  
 49. Paredes P. Ignatio, Soc. J. su,  
 Concio una, Mexicano idiomate: (Hanc prae oculis  
 habeo: Deiparae narrat Apparitiones, et etiam refert

- Apparitionem Sacrae Imaginis de Guadalupe. Habetur  
 haec concio in *Manuali Mexicano* hujus auctoris, typ.  
 ed. anno 1759.)  
 50. Reinoso P. Sancho, Soc. Jesu,  
 Concio una, typ. ed. an. 1759:  
 51. Ruiz P. Joanni, Soc. Jesu,  
 Concio una, typ. Mexici ed. an. 1759:  
 52. A Sanctissima Trinitate Fr. Andreeae, Ordinis B.  
 M. V. de Monte Carmelo,  
 Concio una, typ. ed. an. 1759:  
 53. Lazcano P. Francisco Xaverio, Soc. Jesu,  
 Concio una, typ. ed. Mex. anno 1759:  
 54. Paredes P. Antonio, Soc. Jesu,  
 Concio una, Mex ed. anno 1761:  
 55. Orrio P. Francisco Xaverio, Soc. Jesu,  
 Concio una, typ. ed. Mex. anno 1762:  
 56. Parreño P. Josepho Juliano, Soc. Jesu,  
 Concio una, typ. ed. Mex. anno 1762:  
 57. Castañeda P. Joanni Ruiz, Soc. Jesu,  
 Concio una, typ. ed. Mex. anno 1766:  
 58. Estrada P. Josepho Emmanuel, Soc. Jesu,  
 Concio una, typ. Mexici ed. anno 1766:  
 59. Rodriguez P. Francisco, Soc. Jesu,  
 Concio una, typ. ed. Mex. anno 1767.  
 60. Lorenzana Eminent. D. Francisco, Archiepisco-  
 po Mexicano, deinde Toletano, et Sanctae Romanae  
 Eccles. Cardinali,  
*Concio una, dicta anno 1770 di 12 Decembris, typ.  
 edit. (Hanc integrum inseruit Oquendo in opere, cui titu-  
 lus *Disertacion historica sobre la Aparicion etc.* (tom. 2.  
 cap. 9. §. 4. Prae oculis habeo hanc concionem. In ea  
 narrantur Apparitiones B. M. V. et Sacrae Imaginis Ap-  
 paritio in Palliolo Joannis Didaci.)*  
 61. Pacheco Fr. Josepho Antonio, Ord. S. Francisci,  
 Concio una, typ. ed. anno 1772:

62. Uribe D. Josepho Fernandez, Canonico Metropolitanae Ecclesiae Mexicanae,

Conciones tres: (Typ. edit. habentur Matriti anno 1821. At quo anno dictae fuerunt? Juxta Tornel, (1) illa, in qua asseritur antiquam narrationem mexicanam de Guadalupensi Apparitione inveniri in Mexicana Universitate, dicta fuit anno 1777. Haec autem concio dicitur tertia.)

63. Campos D. Joanni Gregorio, Oratorii S. Philippe Neri,

Conciones duae, typ. ed. an 1778, et anno 1781:

64. A.S. Cirilo Fr. Francisco, Ord. B. M. V. de Monte Carmelo,

Conciones duae, typ. ed. an 1779, et 1796:

65. Peñuelas D. Paulo

Concio una, typ. ed. Mex. anno 1782:

66. Larrañaga D. Josepho Ignatio

Concio una, dicta anno 1794, et typ. ed. Mex. anno 1796:

67. Perez Anestaris D. Raymundo, Cantoris Dignitate in Cathedrali Michuacanensi decorato,

Concio una, typ. ed. an. 1796:

68. Puente D. Josepho Ignatio

Concio una, typ. ed. Mex. anno 1796:

69. Lema D. Josepho Antonio

Concio una, typ. ed. anno 1802:

70. Heredia D. Josepho Ignatio

Concio una, typ. edit. Mexici anno 1803:

71. Lopez Torres D. Josepho Mariano

Concio una, typ. ed. Mex. anno 1810:

72. Alcoser D. Josepho Michaeli Guridi

Concio una, typ. edit. Mexici anno 1810:

Huc usque ex Beristain in Bibliotheca Hispano Amer-

(1) La Aparicion de N. Señora de Guadalupe, tom. I.º,  
cap. 6, núm. 103.

ricana. Quae conciones in hoc Bibliographo non reperiuntur, jam notatae sunt. Post Beristain magnopere desiderantur notitiae accuratae de scriptoribus mexicanis; veruntamen aliquas annotare oportet conciones typ. ed. ut continuatio traditionis ostendatur. Ascribantur ergo,

73. Naxera Fr. Emmanuel a Sancto Joanne Chrysostomo, Ord. B. M. V. de Monte Carmelo,

Concio una, dicta in Cathedrali Ecclesia Guadalax, anno 1839 typ. ed. anno 1840:

74. Ortiz D. Jesu, Licentiae gradu in Sacra Theologia, et Cantoris Dignitate in Cathedrali Ecclesia Guadalaxarensi decorato,

Conciones duae, typ. ed. anno 1854, et anno 1856:

75. Orosco Dr. D. Josepho Maria Cayetano, Cathedralis Ecclesiae Guadalaxarensis Portionario,

Concio una, dicta in Guadalupensi Templo Guadalaxarensi anno 1858, typ. ed. eodem anno:

76. Rivera Dr. D. Augustino

Conciones duae, typ. ed. dictae autem anno 1859, et an. 1876:

77. Parga D. Florencio, hodie Dignitate decorato in Guadalaxarensi Metropolitana Ecclesia,

Concio una, dicta anno 1864, typ. ed. Guadalax. anno 1865:

78. Loza Rmo D. Petro, Archiepiscopo Guadalaxrensi,

Concio dicta templo B. M. V. de Guadalupe civitatis Guadalaxara, dum et ipse Archipraesul, et universus Clerus civitatis, tam saecularis, quam regularis, B. M. V. de Guadalupe Apparitionem solemniter celebrarunt anno 1877; typ. ed. Guadalax. eodem anno:

79. Aleman D. Francisco

Concio una, typ. ed. Guadalaxarae anno 1882:

Nullatenus existimandum omnes typ. ed. de Guadalupensi Apparitione conciones esse in praecedentibus

enumeratas: 1.º dicere enim solent bibliographi quae sit materia concionum quando hae separatim eduntur; quando autem de illarum collectionibus dant notitiam, non referunt quae sit uniuscujusque concionis materia: 2.º eo quod in auctoribus, ex quibus hujusmodi notitiae desumuntur, non constant omnes antiquiores conciones typis editae, unde P. Florencia non asserit se adducere omnes typis editas conciones de B. M. V. de Guadalupe, sed illas de quibus notitiam habuit; (1) atque etiam constat Fr. Augustinum Betancurt, qui Provinciae Mexicanae S. Francisci Chronicam scripsit, de multis typ. ed. concionibus non dare notitiam, eo quod sui Praelati praeecepto impeditus fuit ne inter suae Provinciae scriptores de illis mentionem faceret, qui unam concionem typis mandaverant. En verba predicti Betancurt. "Muchos de los que habían impreso un sermon se borraron del Catalogo de escritores porque lo mandó el Prelado." (2) Fortasse inter omissas conciones, aliquae de B. M. V. de Guadalupe tractarunt. Dolendum maxime quod haec praeceperit Praelatus. Utinam de omnibus, non modo de typ. ed., sed etiam de manuscriptis concionibus, quae tunc asservabantur in monasteriis Franciscanae Province, nobis notitia accurate in Chronica constaret, cum certum sit id fuisse moris quod franciscani quotannis in Tepeyacensi Templo concionarentur! 3.º quia conciones, separatim typis editae, formant opuscula minutissima, quae facilime a lectoribus lacerantur, et tandem penitus intereunt.

Animadvertisendum etiam maximam esse differentiam inter numerum concionum, quae typis eduntur, et concionum numerum absolutum. Quomodo hi duo numeri se habeant ad invicem non est possibile determinare. Plu-

(1) Estrella del Norte de México, cap. 34, núm. 362.

(2) Menologio Franciscano. De los varones ilustres que con sus escritos honraron á la Provincia del Santo Evangelio, ad finem.

rimae dicuntur conciones: de iis paucae typis mandantur. Ex. g. in civitate Gadalaxara quotannis concionatur de B. M. V. de Guadalupe, in Metropolitana Ecclesia semel, in Guadalupensi templo singulis mensibus, in Seminarii Sacello, atque etiam in aliis templis, ubi ex Sacerdotum, vel ex fidelium devotione, festum Guadalupense celebratur, atque etiam in aliis templis extra ipsam civitatem archiepiscopalem: verumtamen ex tot concionibus singulis annis habitis ad populum, raro typis aliqua mandatur. Nec dubitandum quod hoc ipsum constanter retro actis temporibus acciderit. Et quod attinet ad antiquiora tempora, dissertis verbis testatur P. Florencia conciones multas non fuisse typ. editas: postquam enim narravit illas conciones, de quibus utpote typis editis notitiam habuit, adjunxit: "Muchos más (sermones) se hubieran impreso, dignos de la luz pública, si como hay en México y en toda la Nueva España abundancia de escogidos oradores, no hubiera tanta carestía en las imprentas." (1) Et notandum has conciones, quas Florencia dicit multo plures, muchas más, non esse nisi politiones, dignas de la luz pública, unde patet concionum integrum numerum fuisse multo majorem.

Oportunum erit aliquas dare notitias circa conciones guadalupenses antiquiores. Ex verbis citatis P. Florenciae constat usque ad annum 1686, quo ejus opus fuit approbatum, praeppter typis editas conciones Guadalupenses quas narrat, alias plurimas jam ad populum habitas fuisse.

Non modo in tepeyacensi Templo, verum etiam in aliis templis mos antiquus fuit de B. M. V. de Guadalupe quotannis concionari.

Anno 1680 suas constitutiones typis edere dispositit Congregatio Guadalupensis, in civitate Queretaro ins-

(1) Ubi supra.

tituta; atque in illis (cap. I. § 1.) praecipitur quod singulis annis die 12 Decembris solemniter celebretur Apparitio B. M. V. de Guadalupe, in qua solemnitate singulis annis concio haberetur ad populum. (1) Praedictae Constitutiones antea jam fuerant formatae: et licet quando typis fuerunt editae, in aliquibus fuerint reformatae, (2) non dubitandum morem concessionandi de prodigo Guadalupensi non tunc Queretaro incepisse quando hae constitutiones fuerunt typis editae, sed antiquiorem fuisse.

Constat etiam in Metropolitana Ecclesia Mexicana capellam fuisse structam in honorem B. M. V. de Guadalupe, quam ornavit Dr. Bernardus Quezada: Guadalupensis coelestis Imaginis picturam posuit in ea, atque piam reliquit fundationem ut singulis annis festum B. M. V. de Guadalupe celebraretur, in quo ad populum concio haberetur. Haec narrat P. Florencia. (3) Prima concio, in hujus capellae dedicatione, dicta a P. Joanne a Sancto Michaelo, eaque typis edita fuit anno 1671, juxta Beristain. (4)

Simile festum stabilitum fuit in Ecclesia Cathedrali Angelopolitana in honorem Deiparae Virginis de Guadalupe, singulis annis celebrandum cum concione ad populum. (5) Fundatum fuit hoc festum a Doctore Joanne Garcia Palacio dum esset canonicus Angelopolitanus; hic deinde Dignitatem obtinuit in eadem Angelopolitanam Cathedrali, unde ad Metropolitanam Ecclesiam transivit, atque anno 1650 est praesentatus Episcopus: (6)

(1) Glorias de Querétaro, cap. 10.

(2) Glorias de Querétaro, ib.

(3) Estrella del Norte de México, cap. 31, núm. 332.

(4) Bibliot art. S. Miguel P. Juan

(5) Florencia, Estrella del Norte de México cap. 31, núm.

333.

(6) Berist. Bibliot, art. Palacio. D. Juan García.

unde appareat festum B. M. V. de Guadalupe Angelopoli fuisse ab ipso fundatum aliquot annis ante 1650.

In Tepeyacensi Templo antiquitus fuisse consuetum de B. M. V. de Guadalupe quotannis non semel concessionem haberi, testatur Betancurt in Chronica Provinciae Sancti Evangelii, (1) quae approbata fuit anno 1692: narrat enim in praedicto Templo singulis annis per dies aliquos festum celebrari in honorem B. M. V. de Guadalupe, atque die octavo concessionem de jure ad Franciscanos pertinere, licet paucis ab eo tempore annis alii concessionatores fuissent adducti, quod, ait ille, franciscanorum jus non ledit. Et Florencia in opere, cui titulus, *La Estrella del Norte de México*, (2) quod approbatum fuit anno 1686, narrat concessionem quotannis mexicano sermone haberi in Tepeyacensi Templo in festo ibidem in honorem B. M.V. de Guadalupe ab indis celebrari consueto; quae mexicana concio, vel a rectore, vel ab alio P. Jesuita Seminarii Sancti Gregorii, Mexicanae Linguae perito, dicebatur. Antiquam ibidem fuisse de Guadalupensi Virgine concessionandi consuetudinem satis ostendit Florencia dum ait aliis temporibus splendide ejus festum fuisse celebratum, in choreis historicis, qui splendor erat diminutus, vel ob indorum diminutionem, vel ob ipsorum majorem paupertatem, vel quia pretiosae vestes, quibus ad illa opus habebant, jam interierant; quod non nisi longo tempore contingere poterat, cum indubium sit indos, ea, quibus ad talia festa indigent, summa cura servare; et postquam haec dicit P. Florencia, protinus addit quod in eo, quod ad Altaris cultum attinet, nihil esse imminutum; atque in illo festo haberi Missam, et Procesionem, et concessionem mexicano sermone: en ejus verba: "Pero ha quedado en su punto lo que toca al culto del

(1) Tom. 3, tract. 5, cap. 4, núm. 56.

(2) Cap. 30. núm. 326.

altar, Missa, Procesion y sermon en Mexicano." Patet ergo Missam, et Processionem, et mexicanam concionem, quando haec scripsit P. Florencia, non esse recente inductas, sed consuetas fuisse ab antiquis temporibus in Tepeyacensi Templo in festo B. M. V. de Guadalupe, quoniam asserit in iis integrum altaris cultum remanere, externo splendore diminuto, fortasse quia pretiosae vestes, choreis necessariae, temporis injuria interierant.

Antiquissima extitit confraternitas in Templo B. M. V. de Guadalupe ad Tepeyacatl, uti refert P. Florencia: at vero anno 1673 vel 1674 Confraternitas denuo instituta fuit; (1) in cuius constitutionibus, ab Archiepiscopo Mexicano approbatis, commendatur Sacerdotibus, qui in ipsa Confraternitate annumerabantur, ut superpelliceo induiti, die 12 Decembris, singulis annis, adessent Missae, et concioni, et aliis, quae praedicto die in Tepeyacensi Templo peragebantur in honorem B. M. V. de Guadalupe. (2)

Anno 1675 Summus Pontifex Clemens X indulgentias perpetuas eidem Confraternitati concessit, conscientius, absque dubio, ipsius Confraternitatis constitutionum, atque inter alias, indulgentiam plenariam concessit confratribus, qui Guadalupense Templum visitarent die 12 Decembris. (3) Eo autem die, ut supra dictum est, concio habebatur ad populum, confratribus in Templo congregatis, coram coelesti Imagine B. M. V. de Guadalupe.

Anno 1629, cum causa inundationis, quam Urbs Mexica tunc passa fuit, Sacra Imago B. M. V. de Guadalupe e suo templo ad Metropolitanam Ecclesiam Mexicanam

(1) Estrella del Norte de México, cap. 35, núm. 364.

(2) Florencia, ib. núm. 365, ubi constitutiones Confraternitatis inserit.

(3) V. Florencia, ubi supra, núm. 366. et seq.

fuisset delata, facultas facta fuit religiosis B. M. V. de Mercede ut in honorem B. M. V. de Guadalupe in Altare majore Metropolitanae Ecclesiae, ubi Saera Imago fuit collocata, Missam solemniter celebrarent, atque etiam solemniter Vespertas cantando, et concione ad populum illam honorarent. Ita Boturini, (1) qui asserit se de iis notitiam sibi sumpsisse ex capitularibus libris ipsius Metropolitanae Ecclesiae. Cabrera Quintero (2) textum hujus concessionis adducit, in quo de concione non legitur expressa concessio: sed hoc fortasse, eo quod ad concionandum in Metropolitanā Ecclesia non erat necessaria concessio specialis Capituli ipsius Ecclesiae: Boturini autem, vir rerum nostrarum peritus, expresse loquitur de concione. Et revera, quis credat in illis angustis, et in devotissimo, atque solemnī cultu B. M. V. de Guadalupe ad mutos ejus opem implorandam tunc exhibito, concionatores permansisse? Ipse cultus solemnissimus, et devotissimus in tanta tribulatione conciones frequentes demonstrat.

Ex juridico processu adversus P. Bustamante (d, quo in solut. objec.) anno 1556, constat Rmnum Montufar, qui fuit secundus Archiepiscopus Mexicanus, de Virgine de Guadalupe concionari illis temporibus. Hujus processus compendium habetur in opere cui titulus, *Santa María de Guadalupe, Patrona de los mexicanos*, num. 478, et sequentibus.

Ex his constat antiquissimam esse consuetudinem concionandi de B. M. V. de Guadalupe. Fortasse in obscurō Archivorum alia latent de hac re antiqua documenta, quae hac eadem de causa adduci non possunt. Atque insuper notum est plura antiqua esse amissa ad res nostras pertinentia.

(1) Catálogo del Museo Indiano, § 36, núm. 5.

(2) Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 18, núm. 713.

## AD ARGUMENTA 9 ET 10.

*Explanatio et comprobatio historica.*

## SECTIO PRIMA.

*De cultu B. M. V. de Guadalupe in Mexicana Natione a tempore Apparitionis, necnon de his, quae ab Episcopis accepta sunt in honorem ipsius Deiparae de Guadalupe, et in ejus Apparitionis comprobationem.*

Notandum ante omnia ipsam consuetudinem antiquissimam concessionandi de B. M. V. de Guadalupe continuum ejus cultum ostendere, necnon et continuum exercitium Pastorum auctoritatis in confirmationem Apparitionis, quoniam conciis Pastoribus, atque etiam ipsis audientibus, aut concessionantibus, haec inducta est, et servatur consuetudo: atque etiam ex multitudine auctorum, qui de Apparitione libros ediderunt, praevia Ordinariorum licentia, ejusdem pastoralis auctoritatis in favorem Apparitionis probatur exercitium.

Antequam ad alia procedamus, optimum erit de antiquitate cultus B. M. V. de Guadalupe testimonium prae oculis ponere irrefragabile, utpote ab inimici ore vi veritatis extortum. Hoc est testimonium D. Joannis Baptistae Muñoz, Guadalupensi Apparitioni adversarii, ea ipsain Dissertatione, in qua Apparitionem impugnat. Ait ergo num. 26: "Empezó sin duda (este culto) á pocos años de la conquista de México. Alude á él Bernal Diaz del Castillo, uno de los conquistadores, y si bien escribía bastantes años adelante; pero habla como de cosa recibida y corriente por algún tiempo. El segundo Arzobispo de México D. Fray Alonso de Montufar, que llegó á su Diócesis por Junio de mil quinientos cincuenta y cuatro, ya encontró muy difundida la devoción á la Virgen de Guadalupe, venerada en una hermitilla á donde acudía la piedad de los fieles con tales limosnas que

le sufragaron para costear una decente Iglesia y consignar anualmente seis dotes de á trescientos pesos para casar huérfanas. Dícelo su sucesor D. Pedro Moya de Contreras en papel que se conserva original entre los de aquel Santuario. En tiempo de este Arzobispo que fué consagrado en México el cinco de Diciembre de mil quinientos setenta y cuatro, crecieron notablemente la devoción y las limosnas, como aparece por la carta del Virey, cuyo capítulo copié arriba; de modo que hubo caudal para comprar rentas, poner en corriente los dotes de las huérfanas, que al parecer no lo habían estado, y mantener dos clérigos." (1)

His annotatis ad specialia procedamus.

Ut pius neophytus Joannes Didacus palliolum suum explicuit coram Mexicano Antistite, et rosis, et floribus decidentibus, Deiparae Coelestis *Imago* de Guadalupe mirabiliter in palliolo depicta visa fuit, statim et Antistes ipse, et qui ibi aderant, flexis genibus Deiparam in sacra illa *Imagine* venerati sunt: Antistes autem postquam Beatissimam Virginem piissime veneratus, et deprecatus est, palliolum, in quo depicta apparuit, de indi collo solvit, et in Episcopalis domus Oratorio collacavit. (2)

Ut fidelium devotioni fieret satis, felicissimus Antistes mirabilem *Imaginem* é Sacello episcopali in Templum majus Mexiceum deduxit, quo confluxit tota civitas, mi-

(1) V. haec Dissertatione in initio operis cui titulus, *Apología de la Aparición de Nuestra Señora de Guadalupe de México*, auctore D. Josepho Michaele Guridi Alcoser.

(2) Certissima haec habentur apud autores: V. Narratio mexicano idiomate a Ludovico Lazo de la Vega typ. edita, necnon et Narrationes P. Matthaei de la Cruz, et Ludovici Becerra Tanco; et etiam alii autores.

## AD ARGUMENTA 9 ET 10.

*Explanatio et comprobatio historica.*

## SECTIO PRIMA.

*De cultu B. M. V. de Guadalupe in Mexicana Natione a tempore Apparitionis, necnon de his, quae ab Episcopis accepta sunt in honorem ipsius Deiparae de Guadalupe, et in ejus Apparitionis comprobationem.*

Notandum ante omnia ipsam consuetudinem antiquissimam concessionandi de B. M. V. de Guadalupe continuum ejus cultum ostendere, necnon et continuum exercitium Pastorum auctoritatis in confirmationem Apparitionis, quoniam conciis Pastoribus, atque etiam ipsis audientibus, aut concessionantibus, haec inducta est, et servatur consuetudo: atque etiam ex multitudine auctorum, qui de Apparitione libros ediderunt, praevia Ordinariorum licentia, ejusdem pastoralis auctoritatis in favorem Apparitionis probatur exercitium.

Antequam ad alia procedamus, optimum erit de antiquitate cultus B. M. V. de Guadalupe testimonium prae oculis ponere irrefragabile, utpote ab inimici ore vi veritatis extortum. Hoc est testimonium D. Joannis Baptista Muñoz, Guadalupensi Apparitioni adversarii, ea ipsain Dissertatione, in qua Apparitionem impugnat. Ait ergo num. 26: "Empezó sin duda (este culto) á pocos años de la conquista de México. Alude á él Bernal Diaz del Castillo, uno de los conquistadores, y si bien escribía bastantes años adelante; pero habla como de cosa recibida y corriente por algún tiempo. El segundo Arzobispo de México D. Fray Alonso de Montufar, que llegó á su Diócesis por Junio de mil quinientos cincuenta y cuatro, ya encontró muy difundida la devoción á la Virgen de Guadalupe, venerada en una hermitilla á donde acudía la piedad de los fieles con tales limosnas que

le sufragaron para costear una decente Iglesia y consignar anualmente seis dotes de á trescientos pesos para casar huérfanas. Dícelo su sucesor D. Pedro Moya de Contreras en papel que se conserva original entre los de aquel Santuario. En tiempo de este Arzobispo que fué consagrado en México el cinco de Diciembre de mil quinientos setenta y cuatro, crecieron notablemente la devoción y las limosnas, como aparece por la carta del Virey, cuyo capítulo copié arriba; de modo que hubo caudal para comprar rentas, poner en corriente los dotes de las huérfanas, que al parecer no lo habían estado, y mantener dos clérigos." (1)

His annotatis ad specialia procedamus.

Ut pius neophytus Joannes Didacus palliolum suum explicuit coram Mexicano Antistite, et rosis, et floribus decidentibus, Deiparae Coelestis *Imago* de Guadalupe mirabiliter in palliolo depicta visa fuit, statim et Antistes ipse, et qui ibi aderant, flexis genibus Deiparam in sacra illa *Imagine* venerati sunt: Antistes autem postquam Beatissimam Virginem piissime veneratus, et deprecatus est, palliolum, in quo depicta apparuit, de indi collo solvit, et in Episcopalis domus Oratorio collacavit. (2)

Ut fidelium devotioni fieret satis, felicissimus Antistes mirabilem *Imaginem* é Sacello episcopali in Templum majus Mexiceum deduxit, quo confluxit tota civitas, mi-

(1) V. haec Dissertatione in initio operis cui titulus, *Apología de la Aparición de Nuestra Señora de Guadalupe de México*, auctore D. Josepho Michaele Guridi Alcoser.

(2) Certissima haec habentur apud autores: V. Narratio mexicano idiomate a Ludovico Lazo de la Vega typ. edita, necnon et Narrationes P. Matthaei de la Cruz, et Ludovici Becerra Tanco; et etiam alii autores.

raculum admirans, et Sanctissimam Dei Genitricem in ejus coelesti Imagine humillime venerando. (1)

Piissimus Antistes de Templo aedificando statim providit: ivit ergo, vel misit cum Joanne Didaco, qui ab ipso ediscerent, quo loco suum in honorem Sacram erigi Aedem Deipara voluit. (2)

Revera primum Templum in honorem B. M. V. de Guadalupe Rmus Fr. Joannes de Zumarraga aedificavit. (3)

Ipse Antistes, simul cum universo Clero saeculari et regulari, tunc Mexici existente, et civilibus Magistratis comitantibus, atque indis ex finitimis populis, et hispanis confluentibus, festivo gaudio, Sacram B. M. V. de Guadalupe Imaginem, solemni processione, de Templo Maximo Mexiceo detulit ad Tepeyacuense Templum. (4)

Hujus solemnissimae processionis memoriam in quadam pictura prae oculis habuit fidelium pietas, de qua

(1) Narratio Mexicano idiomate a Ludovico Lazo de la Vega typ. edita, et Narrationes Ludovici Becerra Tanco, et Matthaei de la Cruz, cap. 7.

(2) Narratio mexicano idiomate a Lazo de la Vega typ. edita, et Narrationes P. Matthaei de la Cruz, cap. 5, et Ludovici Becerra Tanco.

(3) Ita Narratio P. Matthaei de la Cruz, cap. 7, et Narratio Mexicana typ. edita a Lazo de la Vega, et alii auctores.

(4) Florencia, *Estrella del Norte de México*, cap. 8, núm. 52.—Cabrera Quintero, *Escudo de Armas de México*, lib. 3, cap. 17. Mentio etiam habetur hujus processionis in dictis testium, qui juridice interrogati fuere anno 1666, et qui cum illis vixerunt, qui suis oculis processionem viderunt, (V. Florencia, ubi infra.)—Et videatur Narratio Mexicana, typ. edita a Lazo de la Vega, ubi narrat primum miraculum B. M. V. de Guadalupe.

fidem facit Cabrera Quintero, (1) in qua, praeter alia, duo in processione videbantur Episcopi, scilicet, Rmus Zumarraga, qui in spiritualibus, et Rmus Sebastianus Ramirez de Fuen Leal, qui in temporalibus Mexici praeerat.

Eo ipso die, quo Sacra Imago de Guadalupe in Tepeyacensi Templo fuit solemniter collocata, mexicanum hymnum illum dixit D. Franciscus Placidus, de quo antea dictum est, dum de scriptoribus.

Ipse Rmus Zumarraga Tepeyacuense Templum benedixit; (2) atque etiam Pontificalibus vestibus indutus Missam imibi celebravit causa tantae solemnitatis. (3)

Ex tunc Templi Tepeyacensis patronatus annexus fuit Dignitati Archiepiscopali Mexicanae. (4)

Deinde devota novem dierum supplicatio in Tepeyacensi Templo secuta est, quae solemniter finita fuit. (5)

His omnibus, ita egregie, et publice gestis, primus Mexicanus Archiepiscopus Guadalupensem Apparitionem sua auctoritate firmavit.

Anno 1544, id est, decimo tertio anno post B. M. V. de Guadalupe Apparitionem decurrente, dira pestis indos afflixit: tunc religiosi Sancti Francisci, devota, et publica processione, quamplures pueros indos utrius-

(1) Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 17, núm. 701 et seq.

(2) Ita Narratio P. Matthaei de la Cruz, cap. 7.—Florencia, *Estrella del Norte de México*, cap. 8, núm. 52.

(3) Cabrera Quintero, *Escudo de Armas de México*, lib. 3, cap. 17, núm. 704, ubi de hac re affert testimonium P. Michaelis Sanchez, cuius verba transcritit ad litteram.

(4) Florencia, *Estrella del Norte de México*, cap. 8, núm. 52.—Narratio P. Matthaei de la Cruz, cap. 7.

(5) Narratio P. Matthaei de la Cruz, cap. 7.

que sexus, sex aut septem annos natos, a Tlaltelolco usque ad Tepeyacense Templum deduxerunt, ut Deiparae misericordiam pro pestis cessatione coram Guadalupense Imagine impetrarent; cuius misericordia pestis cessavit. (1)

Mortuo Rmo Zumarraga anno 1548, succedit illi Rmus Fr. Alphonsus de Montufar: Concilia provincialia ille celebravit; atque in primo Concilio decretum fuit (cap 34) quod ab Ecclesiis, et piis locis historiae, et imagines apocryphae tollerentur. Unde patet quod si Imago B. M. V. de Guadalupe apocrypha fuisset, praedictus Antistes e templo, atque de conspectu fidelium tolli jussisset; at vero non modo illam non abstulit, neque adversus ipsius cultum aliquid egit, verum e contra cultum ipsius Sacrae Imaginis adauxit, Tepeyacense Templum perficiens, uti referunt Emmus Lorenzana, (2) et alii autores. (3)

Ipse Rmus D. Montufar mille nummos argenteos (pesos) ad censum imposuit, in favorem Templi Tepeyacensis, instrumento publico de hac re effecto, juxta Guridi Alcoser: (4)

Anno 1556.—Per illud tempus ipse secundus Mexicanus Antistes de B. M. V. de Guadalupe concionabatur,

(1) Narratio Mexicano idiomate a Lazo de la Vega edita, ubi de miraculis.—Narratio P. Matthaei de la Cruz, ubi de miraculis.—Florencia, *Estrella del Norte de México*, cap. 19, núm. 228.

(2) Série de los Illmos. Señores Arzobispós de México. El Ilmo. Sr. D. Fr. Alonso de Montufar

(3) Tornel “*La Aparicion de Ntra. Sra. de Guadalupe*”, tom 1, cap. 14, núm. 238.—Uribe, Disertacion histórico-crítica en que se comprueba la milagrosa Aparicion etc., § 8.

(4) Apología de la Aparicion etc., cap. 15, tractans de instrumentis.

atque maximam erga illam, et Mexici urbis, et indorum devotionem narrabat, propter quam etiam peccata cesserant, quae festis diebus committebantur. (1)

Anno 1555 vel 1556.—Per illud tempus, juxta Pro Regem Martinum Henriquez, (2) cum quidam infirmus sanitatem recuperasset, B. M. V. deprecando in Tepeyacensi Templo coram ejus Imagine de Guadalupe, fidelium erga illam devotio aucta fuit.

Anno 1558.—Cum indi Teotihuacan fugissent, eo quod infenos sibi reddiderant et Pro-Regem, et Regium Mexici Auditorium, clam Tepayacatl adibant, atque B. M. V. de Guadalupe deprecabantur, eujs patrocinio factum est ut ipsis veniam illi haberent. (3)

Narratio Mexicana Apparitionis, ubi de miraculis, asserit indos a tempore Apparitionis B. M. V. de Guadalupe, ad ipsam confugisse in necessitatibus. Insuper Mexicana Narratio non refert nisi miracula antiquissima, eaque propter cultum B. M. V. de Guadalupe antiquissimum, et continuum ostendit.

Constat pia et antiquissima legata extitisse, quibus B. M. V. de Guadalupe, et Tepeyacensis Templi cultus fovebatur; quaeque, utpote juridice admissa, Ecclesiasticam Auctoritatem cultum ipsum approbatem ostendunt.

Tria testamenta de hac re apud se habuit D. Laurentius Boturini, (4) scilicet: 1.º Testamentum originale, mexicane, et in indorum papiro scriptum, cujusdam foeminae, Joanni Didaco propinquitate conjunctae, in quo

(1) *Santa María de Guadalupe, Patrona de los mexicanos*, num. 480.

(2) Rescribens Regi hispano; de quo infra.

(3) Narratio Mexicana Apparitionis, ubi de Miraculis.—Boturini, Catalogo del Museo Indiano, § 34. núm. 3.

(4) Catalogo del Museo Indiano, § 36, núm. 4, 2, et 3, et § 34, núm. 3.

et B. M. V. de Guadalupe Apparitionis expressa mentio fit, et ad ejus cultum promovendum quaedam praedia rustica legabantur. 2.º Transumptum hispanum, ex mexicano textu deductum, testamenti D. Francisci Verdugo Quetzalmalitzin, qui legatum pium reliquit ut in Tepeyacensi Templo quaedam Missae celebrarentur in honorem B. M. V. de Guadalupe, et pro testatoris animae aeterna requie. (1) 3.º Transcriptum authenticum testamenti D. Stephani Tomelin, patris cuiusdam monialis, qui pecuniam quamdam legavit B. M. V. de Guadalupe.

Quae antiquitas horum instrumentorum? Testamentum primum, juxta Tornel, (2) illud ipsum esse videtur quod Emmus Lorenzana in Annotationibus ad Epistolas Ferdinandi Cortes a se visum asserit, a Joanna Martina, Joanni Didaco propinquitate conjuncta, factum coram tabellione Morales: hic autem Morales eo fungebat officio anno 1559; (3) unde appetet quantum hoc testamentum fuerit Guadalupensi Apparitioni proximum.

Testamentum Francisci Verdugo Quetzalmalitzin, factum fuit anno 1563: (4) id est, decurrente ab Apparitione anno trigesimo secundo.

Testamentum Stephani Tomelin factum fuit anno circiter 1575, uti asserit Boturini. (5)

Is instrumentis, et cultus antiquissimus, et successivus Templi Guadalupensis demonstratur, et hujusmo-

(1) V. etiam Narratio Mexicana Apparitionis, ubi de Miraculis. De honoranda B. M. V. de Guadalupe, et de oratione pro anima testatoris constat in textu mexicano: an Missae dicendae essent de B. M. V. an pro defuncto, non constat. Videtur testatorem hoc legatum reliquisse quia devinctus permanesarat grati animi sensu propter beneficium acceptum anno 1558.

(2) La Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe de México, tom. 1, cap. 7, n.º 111. et seq.

(3) Tornel, ib.

(4) Narratio Mexicana Apparitionis, ubi de Miraculis,

(5) Catálogo del Museo Ind., § 36, n.º 3.

di cultus ab Ordinario Ecclesiastico approbatio. Quod idem dicendum est de ceteris omnibus hujus generis instrumentis. Et praeterea expresse asseritur Apparitione, in testamento Joannae Martinae.

Praeter haec instrumenta, alia apud se habuisse asserit Boturini, (1) pertinentia ad piam fundationem in Templo Tepeyacensi, in favorem pauperum, quae cultum B. M. V. de Guadalupe probant a temporibus Apparitionibus proximis, et multo posterius. En eius verba: "Prueban el cul o desde los tiempos inmediatos á las Apariciones y mucho despues."

Uribe (2) et Guridi Aleoser (3) testamentum citant Gregoriae Mariae, factum anno 1559, coram tabellione Hieronimo Morales, mexicano idiomate, de quo, juxta Aleoser, (4) simul cum hispana ipsius versione, exemplaria transcripta circumferebantur, in quo, et praedium rusticum legatur, et Guadalupensis Apparitione affirmatur.

Multi, inquit Guridi, (5) hoc testamentum illud esse contendunt, quod Joannae Martinae attribuit Emmus Lorenzana, eo quod convenienter in loco ubi peracta fuere, et in nomine tabellionis, coram quo facta fuerunt, et quod in utroque legatum relinquitur B. M. V. de Guadalupe: At vero, uti ratiocinatur praedictus Aleoser, nullatenus credendum Emmum Lorenzana ita turpiter crassasse in nomine ut loco Gregoriae Mariae testamentum adjudicaverit Joannae Martinae, maxime dum asserit se vidisse testamentum Joannae Martinae: et praeterea de Joania Martina dicitur quod Joanni Didaco propinquus.

(1) Catalogo del Museo Indiano, § 36, n.º 9.

(2) Sermon tercero de N. Señora de Guadalupe. In editione anni 1821 errore typographi legitur Gregoria Morales.

(3) Apología de la Aparicion etc. cap. 15, tractans de instrumentis.

(4) Ib.

(5) Ib.

tate fuerit conjuncta, et quod plus quam unum praedium rusticum legavit; tria juxta Boturini; (1) atque dum in ejus testamento mentio fit Apparitionis B. M. V., dies Sabbati exprimitur. At vero in testamento Gregoriae Mariae nihil apparet de illa propinquitate, et quantum ad legatum, non videtur quod fuerit nisi tantummodo unius praedii, et licet Deiparae Apparitione affirmetur, dies tacetur. Propter quod duplex comperitur esse instrumentum.

Bernardus Diaz del Castillo, qui dum Mexicum ab hispanis debellaretur miles egit, in ea, quam Quauhtemallan degens, scripsit historia, et finivit anno 1568, licet ille, ut notant auctores, nihil pronus esset ad miracula credenda, ita de templo, et de Imagine Guadalupensi: "Miren los curiosos lectores la Santa y Casa de N. Señora de Guadalupe que está en lo de Tepeaquilla. (2) . . . y miren los santos milagros que ha hecho y hace cada dia." (3) Qui autem miracula non pauca fatetur plures utique, et ferventissimas, sine quibus illa non obtinerentur, fatetur orationes, quibus in sua coelesti Imagine de Guadalupe, illis antiquissimis temporibus, Deipara in Tepeyacensi Templo honorabatur.

Anno 1575, cum hispanus Rex Pro-Regem Mexicanum inter alia interrogaret num monasterium ad Tepeyacatl aedificare expediret, hoc Pro Rex non duxit opportunum propter multitudinem monasteriorum, et propter loci incommoda; atque hac occasione notitiam affert praedictus Pro Rex cuiusdam Confraternitatis in Guadalupensi Templo erectae, in qua quatuor centum circiter Chris-

(1) Idea de una nueva Historia general de la América Septentrional, § 27, num. 4.

(2) Utpote Mexicanus Sermonis non peritus, barbare scripsit *Tepeaquilla pro Tepeyacat*.

(3) V. Oquendo, Diser. hist. sobre la Aparicion etc., tom. 2, cap. 7. § 4, num. 510.

ti fileles inscripti numerabantur. (1) Quo tempore haec Confraternitas antiquissima fuerit erecta non exprimitur. Etiam P. Florencia meminit (2) antiquissimae Confraternitatis, ex qua, et cultus continuus B. M. V. de Guadalupe, et ipsius cultus ab Ordinariis ecclesiasticis approbatio plane constat. Atque P. Florencia (3) asserit illam antiquissimam Confraternitatem, non modo Ordinarii auctoritate fuisse fundatam, verum etiam Litteris Apostolicis fuisse confirmatam, et indulgentiis ditatam.

Anno 1576 devotissima poenitentium processio adiuit Tepeyacense Templum, pro V. M. V. de Guadalupe misericordia impetranda, ut dira pestis cessaret, quae tunc grassabitur. Hujus processionis memoria in quadam pictura asservata fuit in Tepeyacensi Templo; de qua, ut adhuc extante, Alcoser et Cabrera. (4)

Ab anno 1576, quo haec poenitentium devotissima processio Tepeyacatl adiuit, Deiparae Imaginem de Guadalupe veneratura pro pestis tunc grassantis cessatione, specialis fuit cura Capituli Metropolitani pro Guadalupensi Templo honorando, juxta Cabrera Quintero; (5) quod praedictus Cabrera (6) ex inde evenisse existimat, quod tunc temporis pene omnes canonici familiares extiterant Rmi Zumarraga, coram quo apparuit mirabilis Imago B. M. V. de Guadalupe.

(1) Carta del Virey D. Martin Enriquez. Textum ejus affert D. Joannes Baptista Muñoz, qui Apparitionem hostili animo impletus; cuius dissertatio videri potest apud Guridi Alcoser, (*Apologia de la Aparicion*, saepe cit, in principio.)

(2) *Estrella del Norte de México*, cap. 35, núm. 364.

(3) Ib.

(4) Guridi Alcoser, *Apologia etc.*, cap. 15, tractans de instrumentis,—Cabrera Quintero, *Escudo de Armas de México*, lib. 3, cap. 17, núm. 702.

(5) *Escudo de Armas de México*, lib. 3, cap. 17, núm. 706.

(6) Ib. num. 707.

Eodem anno 1576. Rmus D. Petrus Moya de Contreras, tertius Mexicanus Archiepiscopus, regulas dedit, servandas in Guadalupensi Templo, pro honestis et orphanis puellis in honesto matrimonio collocandis, dotibus ipsis concessis ex superfluo eleemosynarum, quas fidelium pietas largiebatur ad cultum B. M. V. de Guadalupe in ejus Templo fovendum. (1)

Ex eleemosynarum quantitate plane ostenditur quanta fuerit illoram temporum Christi fidelium (indorum vel maxime, qui paupertate notoria laborabant) erga Sacratissimam Imaginem devotione: nam, uti asserit D. Uribe, (2) ex authenticis instrumentis a se visis, constat mille et octingentos nummos argenteos (1800 pesos) unoquoque anno in pueris dotandis tunc temporis impendi. En quod supererat, factis impensis in cultu Deiparae de Guadalupe.

Anno 1578 mortuus est D. Alphonsus de Villaseca, qui ut benefactor Tepeyacensis Templi antiquissimus merito celebratur. Probabile est hunc ab Hispania Mexicum advenisse novem post Apparitionem annos: singulari devotione B. M. V. de Guadalupe veneratus est, atque dona, et vivens, et jam moriturus, ejus Tepeyacensi Templo contalit. (3)

I super de perantiquo cultu B. V. M. de Guadalupe testimonia habentur in testibus juridice interrogatis anno 1666, qui cultum ipsum antiquitus jam existentem jumento affirmavere. Horum testimoniorum summa vide-

(1) Uribe, Disertacion histórico-critica sobre la Aparicion, § 8.

(2) Ib.

(3) Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 32, núm. 340 et seq.—Oquendo, Diser. hist. sobre la Aparicion, tom. 2, cap. 6, § 4, núm. 416.—Guridi Alcoser, Apología etc., cap. 15 tractans de instrumentis;

tur apud Florencia. (1) Utinam quidquid actum fuit integrum hic auctor retulisset! Sed quoniam summatis illud refert, non de omnibus testibus expresse dicit illos haec aut illa asserere, sed generaliter, ea ipsa testasse quae alii. Expresse dicit Florencia (2) Marcum Pacheco 80 annos natum, Gabrialem Suarez plusquam 110 annos natum, Martinum a S. Ludovico natum 80 annos, Joannem Suarez 100 annos natum, Catharinam Monicam 100 annos natam, Presbyterum jesuitam Didacum de Monroy 65 annos natum, Alphonsum Cuevas Davales 81 annos natum testari de solemni collocatione Sacrae Imaginis de Guadalupe in primo Templo, structo a Rmo Zumarraga; atque etiam expresse habetur apud P. Florencia (3) testimonia a testibus fuisse data de antiqua Tepeyacensis Templi frequentia, et veneratione, et de miraculis, quae Dominus operatus est, Deipara de Guadalupe ibidem invocata: tales testes fuere Marcus Pacheco, qui de cultu et miraculis, Paulus Xuarrez, qui de canticis puerorum, Martinus a S. Ludo rico, Joannes Suarez, Catharina Monica, qui de miraculis, Gabriel Suarez, Didacus Cano Moteuhçuma, qui de Templi veneratione, Alphonsus Cuevas Davaios, qui de miraculis, et de Templi frequentia et veneratione a principio, et de eo, quod Templum frequenter adibant et Archiepiscopi, et Pro Reges et viri nobiles, et plebeii. Non dubitandum quod etiam alii testes de his testimonium jurando dederint, cum omnes de eisdem fuerint interrogati; verum jam dictum est P. Florencia de juridice actis anno 1666 tantum summam posuisse, propterea quod non omnia de omnibus testibus exprimit. Jam notatum est miracula, et alia singularia beneficia non nisi fervidis precibus obtineri, unde illa asserere nihil aliud est quam

(1) Estrella del Norte de México, cap. 13, § 1, et seq.

(2) Ib. núm. 104, 107, 112, 130, 133.

(3) Ib. núm. 105, 111, 112, 107, 135, 133.

praedictas preces, et Tepeyaquensis Templi cultum devotissimum astruere. Notandum denique testes de publice scitis, et de auditis ab illis qui viderunt, vel de illis, quae ipsi viderunt testimonium reddidisse.

Anno 1600, vacante tunc Sede Archiepiscopali, Metropolitanum Mexicum Capitulum de ampliando Templo B. M. V. de Guadalupe ad Tepe acatl decretum fecit. (1)

Anno 1609 primum novi Templi lapidem collocavit Rmus D. Franciscus Garcia de la Guerra, Mexicanus Archiepiscopus. (2) Simul ac primus lapis, duea plumbae laminæ depositæ fuerunt; atque una ex illis hanc habuit inscriptionem:

"D. O. M., Beatissimae Virgini Mariae, Reginae coelorum, et Mexicanæ Provinciae singularissimæ Patronæ sacellum hoc dicatum fuit, et a primis fundamentis erectum, interveniente eleemosynarum copiosissima ... tio[n]e. (3) Anno Domini 1609. (4)

Extracta ab humo fuit haec plumbea lamina anno 1695, causa amplioris templi in honorem B. M. V. de Guadalupe aedicandi. (5) In ea inscriptione eleemosynarum largitionem copiosissimam fuisse constat anno 1609, unde invictum deducitur argumentum pro magna devotione erga B. M. V. de Guadalupe.

Anno 1611 ipse Mexicanus Antistes D. Garcia Guerra, Pro Rex Mexicanus fuit constitutus; atque antequam

(1) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 17, num. 707.

(2) Oquendo, Disert. histórica sobre la Aparición etc., tom. 2, cap. 8, § 2, num. 624.

(3) Principium hujus dictionis interiit injuria temporis.

(4) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 17, num. 708.—Uribe, Disert. históri-crit. de la Aparición, § 8.

(5) Uribe, ib.

Mexicum solemniter introiret, in Guadalupensi Templo in novem dierum deprecationibus permansit. (1)

Anno 1616 Fr. Ludovicus de Cisneros, Ordinis B. M. V. de Mercede, qui Cathedram de Sacrae Scripturae Expositione regebat in Mexicea Universitate, in libro de Imagine B. M. V. dicta de los Remedios, testimonium reddidit de antiquiore Templo B. M. V. de Guadalupe, et de magna devotione, et concursu fidelium pro Imagine B. M. V. de Guadalupe veneranda, et de miraculis, ipsa Deipara interveniente, a Domino factis, et de Archiepiscopali auctoritate in novo Templo aedicando. En ejus verba: "El mas antiguo (templo) es el de Guadalupe, que está á una legua de esta ciudad (de México) á la parte del Norte, que es una Imagen de gran devoción y concurso, casi desde que se ganó la tierra, que ha hecho y hace muchos milagros, á quien van haciendo una insigne Iglesia, que por orden del Arzobispo está en muy buen punto." (2)

Anno 1622 Rmus D. Joannes Perez de la Serna, Mexicanus Archiepiscopus, secundum Templum B. M. V. de Guadalupe benedixit, atque in illo Sacram Imaginem in argenteo tabernaculo solemniter collocavit. (3)

Hujus secundi Templi aedicatio plusquam quinquaginta mille nummos argenteos (más de cincuenta mil pesos) erogari fecit, juxta Cabrera. (4) Hinc etiam pa-

(1) Torquemada, Monarquía Indiana, tom. 1, lib. 5, cap. 74.—Oquendo, Disert. histor. sobre la Aparición, tom. 2, cap. 7, § 6, num. 536.

(2) V. Uribe, Disert. hist.-critica de la Aparición, § 8.—Oquendo, Disert. histor. sobre la Aparición, tom. 2, cap. 7, § 2, num. 487.—Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 15, n. 677.

(3) Emmus Lorenzana, Serie de los Ilmos. Arzobispos de México.

(4) Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 17, n. 710.

tet quanta fuerit illis temporibus pietas, et devotio erga  
B. V. M. de Guadalupe.

Quod sequitur argumentum approbationem constantem ostendit Mexicanorum Archiepiscoporum, tum Apparitionis, tum etiam cultus B. M. V. de Guadalupe ab ipsis temporibus Apparitionis usque ad annum 1629, et deinceps. Dictum fuit antea in ipsa Sacrae Imaginis in Tepeyacensi Templo collocatione mexicanum de hac re hymnum dixisse D. Franciscum Placidum: praeterea, in juridicis testimoniis, quorum summam affert P. Florencia, habetur quod D. Paulus Xarez, testis interrogatus, asseruit Apparitionem B. M. V. de Guadalupe, utpote publicam et notoriam, a pueris decantari; (1) atque uti affirmat Florencia, (2) cum in Tepeyacensi Templo festum B. M. V. de Guadalupe celebrabatur, hymnis mexicanis Apparitiones publice ab indis ante Templum festive narrabantur; neenon et Becerra Tanco (1) se ipsum audivise asserit hymnum Apparitionem enarrantem decantari quando B. M. V. de Guadalupe solemne festum celebrabatur in Templo Tepeyacensi. Dum hoc fiebat prope civitatem Archiepiscopalem, nullo Antistitum prohibente, et maxime, dum Concilium Mexicanum primum statuerat ne aliquid cantare indis permitteretur, nisi prius a religiosis viris, et eorum linguae peritis, quae canerent apparentur: planum est ipsam antiquissimam proxim Apparitiones Guadalupenses festive Tepeyacac decantandi approbationem ostendere Ordinariorum. Et hoc non modo usque ad annum 1629, quo Sacra Imago Mexicanum fuit delata, sed etiam deinceps: nam, uti refert Cabrera Quintero, (4) eadem Guadalupensis Ap-

(1) Estrella del Norte de México, cap. 13, § 1, num. 111.

(2) Ib. cap. 15, num. 195, 196 et seq.

(3) Felicidad de México en la admirable Aparicion etc, ibi  
Pruébase la tradicion.

(4) Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 18, n. 716.

partitionis historia cantata fuit anno 1634, cum Archiepiscopus ipse Mexicanus, cum Capitulo Metropolitano, et universo Clero seculari et regulari, et Confraternitatibus, et civilibus Magistratibus, solemni processione Sacram Imaginem de Guadalupe de Cathedrali Mexicea reduxit Tepeyacac. Apparitio V. M. V. de Guadalupe ad ejus Templum etiam deinceps cantata fuit, quod factum fuisse anno 1788, asserit Bartolache. (1)

Anno 1629 ad divinam clementiam implorandam, causa subitae aquarum inundationis in urbe Mexici, Antistes Mexicanus solemnissima processione, super aquas, quae urbem finitosque campos inundaverant, omnibus navigantibus, ad urbem e Tepeyacensi Templo Sacram B. M. V. de Guadalupe Imaginem deduxit. Templum Sanctae Catharinae prius ingressi, ibidem coelstem quam portabant Deiparae Imaginem magnifice sunt venerati, et processione prosequente, prius in Archiepiscopali Oratorio, ac deinde in Altari Majori Metropolitanae Ecclesiae, in loco Sanctis Patronis destinato, B. M. V. de Guadalupe Imago fuit collocata. (2)

Devotissima et solemni novem dierum deprecatione in Metropolitanae Ecclesia, in sua Imagine de Guadalupe, Virgo piissima fuit venerata; atque, raiissimo exemplo, etiam fuit concessum, tam Portionariis, quam Semiportionariis ipsius Ecclesiae Metropolitanae, tum etiam religiosis familiis, Mexici tunc existentibus, Missam celebrare in ipsis Metropolitanae Ecclesiae Majori Altari, ubi Saera Imago erat collocata. (3) Quod cum pene sit inauditum in antiquis mexicanae nationis Cathe-

(1) Verba ejus V. apud Tornel, *La Aparicion de Ntra. Sra. de Guadalupe*, tom. 1, cap. 8, num. 126.

(2) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 2, cap. 4, num. 273 et libro 3, cap. 18, num. 713.

(3) Cabrera, ib., lib. 3, cap. 18, num. 713.

dralibus, satis ostendit quanto honore digna habetur Sanctissima Imago B. M. V. de Guadalupe, et quanta devotione prosequeretur, tum a Capitulo Metropolitanu, tum etiam familiis religiosorum.

Cum Mexici incolae aquis urbem innundatibus angore premerentur; assiduis precibus ad Deiparam confugiebant, dum mira ipsius Imago de Guadalupe in urbe detinebatur. Plusquam quatuor annis praedicta Sanctissima Imago ibi permansit, usque ad an. 1634. (1)

Anno 1631, adiunctis aquis Mexicanum inundantibus, abundantius precibus ferventioribus Deipara de Guadalupe fuit invocata. Tunc etiam primum Apparitionis centenarium Mexici devotissime fuit celebratum. (2)

Antequam Tepeyacac rursus duceretur Sacra Imago de Guadalupe, Mexicanus Archipraesul D. Franciscus Manso y Zuñiga Templum Tepeyacense reparavit. (3)

Anno 1634, Mexicanus Archiepiscopus Sacratissimam Imaginem B. M. V. de Guadalupe solemnissima processione de Templo Maximo Mexiceo detulit ad Tepeyacense Templum. Omni ornato a die huic processioni praecedente decorata fuit Mexici urbs universa, atque ita per noctem luminibus per tempa et domos resplenduit, ut diurnam ipsam lucem aemulari videretur; et illuc vel maxime copiosissima atque ditissima fuere ornamenta, quā processio incessit. In ea processione, ita solemnī quo plus fieri non poterat, simul cum Archipraesule adfuere Metropolitanum Capitulum, et universus Clerus saecularis, et Sacrae Religiones, et Confraternitates, et civiles Magistratus universi, (Pro-Rage excepto, qui adversa valetudine fuit impeditus), et populus

(1) Cabrera Escudo de Armas de Mexico, lib. 3. cap. 18, num. 715.

(2) Cabrera ib. n. 714.

(3) Emmus Lorenzana, Serie de los Ilmos Sres Arzobispos de México,

mexiceus innumerabilis, et indorum, quae dicebantur *parcialidades*. Tunc etiam indi canticos propriis Apparitionis historiam festive cecinere. Quod si Pro Rex processioni non potuit adesse, hoc compensavit solemnī festo, quod deinde celebrari fecit in honorem B. M. V. de Guadalupe, sive in deprecationem, sive in gratiarum actionem pro sanitate recuperata. (1)

Ipse D. Joannes Baptista Muñoz, Guadalupensis Apparitionis inimicus, de indorum canticos in ipsa Mexici urbe tunc decantatis, quibus Apparitiones fuerunt enarratae, expressum praebet testimonium. En ejus verba: "Desahogose el fervor en danzas, bailes, (2) prevenidos coloquios y cantares de indios en que se mentaron las apariciones." (3) Ubi apparet, ex ipsius inimici confessione, non solum in canticos Apparitiones B. M. V. de Guadalupe enarratas fuisse, verum etiam piis dramatisbus (4) ante oculos fuisse propositas, quod etiam asserit Cabrera. (5)

Intellexerunt Mexici incolae, teterrimae inundationis tribulatione edocti, dignius adhuc quam ante consueverint Deiparam ab ipsis honorandam in coelesti Imagine de Guadalupe, in qua eximii amoris pignus nobis reliquit piissima Virgo. Hinc, uti Cabrera (6) animadvertisit, postquam Sacra Imago de Mexici urbe ad suum Tepeya-

(1) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 18, num. 715, et seq.

(2) Non utique in prophanis saltationibus, sed in illis innocis laetitia demonstrationibus, quae indis in festis religiosis diebus concedebantur.

(3) Disert ante cit. n. 24.

(4) In usu fuere illis temporibus apud nos dramata pia, quibus ea, quae ad pietatem pertinent, cum astantium aedificatione repreäsentabantur.

(5) Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 18, num. 716.

(6) Ib. num. 717 et seq.

quense Templum deducta fuit solemnissime, ipsa absens-tia tanti thesauri maximum extitit devotionis incenti-vum: sive Tepeyacae adibant mexicani incolae, sive e-tiam in propriis domibus Imagines juxta orig'nalem I-maginem magna reverentia retinebant, et coram illis Deiparam de Guadalupe fervidis precibus deprecaban-tur. Ipse Apparitionis inimicus Joannes Baptista Mu-noz, postquam verba fecit de extraordinario cultu, quo Guadalupensis Virgo, dum inundatio duravit Mexici, in urbe fuit venerata, *in infinitum* dicit ejus imagines fuisse multiplicatas: (1) atque etiam asserit continuo augeri Templi divitias, indorum et hispanorum devotione. (2)

Ita de illo cultu ita loquitur Cabrera: (3) "Eran ya es-tos cultos, aun cuando se habia olvidado aquel trabajo, como la misma inundacion, ó como otro general diluvio que desprendió el cielo en favores, inundaba el Santua-rio, México, el Reino y mucho mas que Nueva España. Sobreexcedia á los montes y mares, pasando en noticias y veneraciones á la Europa" etc.

Administratio Templi B. M. V. de Guadalupe ad Te-peyacatl erat penes aliquem Sacerdotem, Canonicatu, decorato in Ecclesia Metropolitana, licet etiam alio Sa-cerdoti deinde fuerit commissa; unde patet praedictum Templum majori honore prae caeteris Templis dignum habitum fuisse. (4)

Non semel notatum est D. Joannem Baptistam Muñoz, Apparitioni Guadalupensi adversarium, cultum B. M. V. de Guadalupe astruere, et confiteri. Afferit ergo ille

(1) Memoria sobre las Apariciones y culto de N. Sra. de Guadalupe de México, núm. 24.

(2) Ib. num 26.

(3) Escudo de Armas de México lib. 3, cap. 18, num. 718.

(4) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 18, num. 717.—Florencia, Estrella del Norte de Mexico, cap. 32, num. 346 et seq.

decennio post annum 1622, jam constructam fuisse domum juxta Tepeyacense Templum, ut hospitio esset fi-delibus, qui novem dierum orationibus B. M. V. de Guadalupe veneraturi conveniebant. (1) De eadem hospita-li domo notitiam affert P. Florencia. (2)

Anno 1643, uti asserit Florencia, (3) jam erat consuetum festum praecipuum hispanorum in honorem B. M. M. V. d. Guadalupe, quod ab illis celebrabatur in Tepeyacensi Templo in die Nativitatis Sanctissimae Vir-ginis.

Anno 1643 Franciscus Almazan, in gratiarum actionem, eo quod B. M. V. de Guadalupe, ab ipso et ab aliis plurimis invocata, e ferocissimi tauri cornuis illum liberavit, festum annum Guadalupensi Virgini devovit; quod multis annis celebrari curavit in Tepeyacensi Templo; deinde suis sumptibus altare construxit in honorem B. M. V. de Guadalupe in Templo Sancti Josephi de Gra-cia in urbe Mexici, quo in altare imaginem B. M. V. de Guadalupe, juxta originalem, collocavit, atque in eodem Templo ipsius cura continuatum fuit festum annum, quod B. M. V. de Guadalupe devoverat. Celebrabatur ad-huc hoc festum quando opus P. Florencia saepe cit. typ. mandatum fuit. (4) Quod factum est anno 1688, uti appareat ex *Prologo ad lectorem*.

Ab anno 1643 (vel proxime) usque ad annum 1653 Archiepiscopus extitit Mexicanus Rmus D. Joannes de Mañozca, qui plurimum pecuniae impendit in Tepeyacense Templo magnifice exornando: eo tempore insignium veteris testamenti foeminarum, Immaculatam Vir-ginis Conceptionem mystice praenuntiantium, optimae

(1) Disert. sepe cit. num. 26.

(2) Estrella del Norte de Mexico, cap. 32, num. 347.

(3) Ib. cap. 21, num. 244.

(4) Florencia, ib. núm. 244 et seq.

Imagines in ipso Templo fuerunt collocatae. (1) Praedictus Antistes, et alii duo nobilissimi viri insignes fure Guadalupensis Templi benefactores. (2) Quam ditisime praedictum templum decoraretur, et Sacerdotum, qui ejus curam gerebant, diligentia, et divitum virorum largitionibus, et aliorum fidelium eleemosynis, patet ex Florencia, qui Tepeyacensis Templi divitias diligenter narrat. (3) Solius Altaris majoris, in quo Sacra Imago de Guadalupe venerabatur, constructio plusquam duodecim mille nummis argenteis aestimata fuit; atque in illo altare argento cooperiendo opera dabatur quando opus suum typis editit Florencia. (4)

Anno 1648, cum typis editum fuisse opus de B. M. V. de Guadalupe a Patre Michaele Sanchez scriptum, ita in eamdem Sanctissimam Virginem de Guadalupe devotione aucta fuit, ut sabbatis, aliquaque diebus mexicani Archiepiscopi, et Pro-Reges adirent Templum Tepeyacense, rosarium, et litanias Sanctissimae Virginis, quae ibi publice dicebantur, et ipsi recitaturi, quorum exemplo post ipsos frequentissimus populus ipsum Templum adibat. (5)

Postquam in secundo Templo Sacra B. M. V. de Guadalupe Imago collocata fuit, primi Templi nonnisi dirutae remanserant parietes, ubi infra collēm Tepeyacatl Deipara Joanni Didaco sese conspiciendam praebuit, die 12 Decembris: ut ergo ille locus speciali devotio ne a fidelibus honoraretur, pietate et sollicitudine Presbyteri D. Ludovici Lazo de la Vega, qui majoris Tem-

(1) Florencia, opere laudato, cap. 32, nūm. 345 et 346.—Tornel, La Aparicion etc., tom. 1, cap. 14, § 2, num. 259.

(2) Florencia, ib. nūm. 346.

(3) Florencia, opere cit., cap. 32, 33 y 34.

(4) Florencia, opere cit., cap. 32, num. 345.

(5) Florencia, opere cit., cap. 14, num. 181.

pli Guadalupensis curam gerebat, aliud Templum eo in loco constructum fuit in honorem B. M. V. de Guadalupe. In eo Templo B. M. Virgo fuit reprezentata, juxta Apparitionum historiam, flores in indi palliolo componens, et illum mittens ad Episcopum. (1)

Ante annum 1650 stabilitum fuit in Cathedrali Angelopolitanae civitatis festum in honorem B. M. V. de Guadalupe, in quo festo solemniter singulis annis vesperae cantarentur, et Missa celebraretur, et concio ad populum haberetur: collocata fuit in altari, ad hoc constructo, Imago pulcherrima ipsius Deiparae de Guadalupe. (2) Quot annis ante 1650 haec fuerint stabilita, ex eo conjici poterit quod haec fuerunt peracta ab illius Cathedralis Canonico Garcia Palacios, (3) qui deinde ad Metropolitanam Mexici Ecclesiam transivit, atque anno circiter 1650 ad Episcopatum insulae de Cuba fuit praesentatus, quam dignitatem obtinuit. (4) Necnon et sacellum in Angelopolitana Cathedrali in honorem B. M. V. de Guadalupe Domino fuit dicatum. (5) Atque proxime acto saeculo, ut etiam Matutinum solemniter cantaretur fuit statutum. (6)

Anno 1659, Presbyter D. Lucas Guerrero, civitatis cui nomen Queretaro, Imaginem ipsius B. V. de Guadalupe Mexici adquisivit juxta originalem. Hanc Imaginem Queretaro detulit, atque in Ecclesia Hospitalis ejusdem B. V. Conceptioni Inmaculatae dicati, illam collocavit. Festum Deiparae de Guadalupe die 12 Decembris

(1) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 19, n. 73º et seq.

(2) Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 31, n. 333.—Oquendo, Disert. histor. sobre la Aparicion, cap. 8, § 1, nūm. 603.

(3) Florencia, ib.—Oquendo, ib.

(4) Beristain, Bibliot. Hispan. Amer. Art. Palacios Illmo. D. Juan García.

(5) Florencia, ib.

(6) Oquendo, ubi supra.

celebratum fuit per aliquot annos. Insuper sexdecim clerici in civitate degentes cultum ejus prosecuti fuere, singulis sabbatis Missam mane celebrantes, vespere autem antiphonam *Salve Regina* canentes. Atque Rmus D. Fr. Marcus Ramirez de Prado, tunc electus Archiepiscopus Mexicanus, praecepit ne quis cultum illum impediret. (1) Hoc fuit principium Congregationis B. M. V. de Guadalupe in civitate Queretaro.

Anno 1660 aliud parvum templum in summitate collis Tepeyacatl constructum fuit. (2) Unde tria tempula structa ad Tepeyacatl visebantur, eaque in honorem B. M. V. de Guadalupe Domino dedicata, In hoc Templo pictis coloribus B. M. V. repraesentata fuit Joannem Didacum ad Episcopum mittens, atque ejus responsa accipiens. (3) Qui hujus templi aedificationis sumptus erogavit, Christophorus Aguirre, mille nummos reliquit argenteos (mil pesos), ut eorum redditibus etiam in ipso singulis annis B. M. V. de Guadalupe Apparitione celebraretur. (4) Saeculo proximo acto templum hoc meliori forma fuit reaedificatum. (5)

Anno 1663 a Sanctissimo Christi Vicario petitio facta fuit ut die 12 Decembbris festum in honorem B. M. V. de Guadalupe in universa Nova Hispania celebraretur cum Officio, et Missa, et etiam concesso jubilaeo. Ut haec a Sancta Sede peterentur, non modo nomen interfuit Angelopolitanus Episcopi, qui et Archidioecesim Mexicanam regebat, et Pro Regis honore decorabatur, verum etiam pars magna fuerunt et Canonici Metropolitani, et Superiores Religionum Sancti Francisci, et

(1) Sigüenza y Gongora, Glorias de Querétero, cap. 2.

(2) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 19, núm 731. Diccion. Univ. de Hist. y Geogr. art. Colegiata de Guadalupe. pág. 359, col. 2.

(3) Cabrera, ib.

(4) Diccion. Univ. de Hist. y Geogr. ib.

(5) Dicc. Univ. de Hist. y Geogr. ib.

Sancti Dominici, et Sancti Augustini, et Carmelitarum, et Societatis Jesu, neconon et ipsarum Religionum alii viri graviores, et saeculare Capitulum civitatis. (1)

Quod hujusmodi petitio praecise facta fuerit pro honoranda Apparitione B. M. V. de Guadalupe appetat ex decreto Episcopi, in quo petitionem fieri permisit, et ipse fecit, affirmando Apparitionis veritatem, et constantem populorum devotionem erga B. M. V. de Guadalupe. (2)

Anno 1665 translatus fuit Rmus Cuevas Dávalos de Oaxaquensi Dioecesi ad Archidioecesim Mexicanam. (3) Dum vero Oaxaquensem Dioecesim regebat, extra muras civitatis episcopal templum struxit in honorem B. M. V. de Guadalupe. (4)

Anno 1665 recenter adducta erat in civitatem episcopalem, cui nomen Oaxacan, quædam Imago B. M. V. de Guadalupe, in cujus honorem, ut ante dictum est, Templum erat erectum. Praedicto igitur anno 1665 Fr. Thomas de Monterroso, Oaxaquensis Episcopus, de sententia religiosorum vivorum, et Doctorum, quos consuluit, duo miracula approbavit, quae per illam Guadalupeensem Imaginem Dominus operatus est, atque praecepit quod ad devotionem augendam, die duodecima De-

(1) V. Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 13, § 6.—Et v. Praeambulum ad Versionem hispaniam Narrationis de Guadalupensi Apparitione, Roman missae, atque ab Anastasio Nicoseli italice translatæ, cuius hispana versio habetur in opere cui titulus *Colcción de obras y Opúsculos pertenecientes á la Aparición de Nuestra Señora de Guadalupe de México*, tom. 1,

(2) Tornel, la Aparicion de Nuestra Señora de Guadalupe, tom. 1, cap. 14, n. 244,

(3) Beristain, Bibliot. Art. Cuevas Dávalos, Ilmo. D. Alonso,

(4) Oquendo, Disert. hist. sobre la Aparicion etc., tom. 2, cap. 8, § 1, n. 609.

cembriis ipsius anni 1665, quo die, inquit in suo decreto ipse Antistes, ultima contigit B. M. V. de Guadalupe gloriosa Apparitio, festum solemniter celebraretur in honorem ipsius Deiparae de Guadalupe in ejus Templo Oaxaquensi, Missa solemnii, et concione habita ad populum; cui festo et ipse Episcopus adesset, et Canonici Ecclesiae Cathedralis. (1)

Anno 1666, vacante Archiepiscopali Sede Mexicana juridicus processus ordinaria auctoritate fuit peractus pro confirmanda veritate Apparitionis B. M. V. de Guadalupe, et cultus antiquitate etc., eo fine ut inserviret ad obtinendam a Sancta Sede Apostolica concessionem festi in universa Nova Hispania cum Officio, et Missa in honorem ipsius B. M. V. de Guadalupe. (2) Summa hujus processus videatur apud Florencia. (3)

Non multo post annum 1666 festum annum in honorem B. M. V. de Guadalupe in Metropolitana Mexicea Ecclesia fundatum fuit. Haec antiquitas deducitur ex Cabrera, opere cui titulus, *Escudo de Armas de México*, nam lib. 4, cap. ultimo, num. 1008, dum meminit hujus festi, ait jam fere 80 annos esse transactos ab ejus fundatione: Cabrera autem scripsit illud ultimum cap. anno 1746, ut appareat ex ipso cap. num. 1001.

Non tantum festum statutum fuit in Metropolitana Mexicea Eccles a quotannis celebrandum in honorem B. M. V. de Guadalupe, verum etiam eidem B. M. V. de Guadalupe sacellum in eadem Ecclesia fuit structum, et solemniter dedicatum. Anno 1671 typis data fuit con-

(1) V. predictum decretum apud Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 26, num. 296. Legatur totum capit.

26.

(2) Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 13.

(3) Ib.

cio P. Joannis a S. Michaele, Societatis Jesu, dicta in dedicatione praedicti sacelli. (1)

Anno 1669 canonice fuit erecta Congregatio B. M. Virginis de Guadalupe, in civitate Queretaro: deinde annuis pecuniae reddibus, et Missae singulis sabbatis, et festum die 12 decembris fuere fundata. In illa Congregatione omnes clerici illius civitatis fuerunt inscripti. (2)

Anno 1670 mortuus est Fr. Joannes Herrera, dictus communiter dum vixit, *Herrera Sapiens*, Ordinis B. M. de Mercede. Suae Provinciae Mexici praefuit, in qua urbe Ecclesiam sui Ordinis de novo construxit, et sacellum erexit in honorem B. M. V. de Guadalupe. (3) Quo anno erectum fuerit hoc sacellum non exprimitur ab auctore infra citato.

Anno 1673 vel 1674 in Tepeyacensi Templo canonice fuit stabilita nova Confraternitas in honorem B. M. V. de Guadalupe, (quae antiquitus ibi extiterat, interierat temporum injuria). Regulas hujus Confraternitatis approbat, et servari preecepit Rmus Payo de Rivera, Mexicanus Archiepiscopus. Inter alia autem quae in honorem B. M. V. de Guadalupe erant a confratribus peragenda, constat annua solemnitas diei 12 Decembris, quae a primis vesperis usque ad ipsius diei solis occasum agebatur, Missa die 12 solemniter celebrata, et concione habita ad populum, et processione, et Rosarii recitatione. (4)

Haec Confraternitas ditata fuit a S. S. D. Clemente X anno 1675 indulgentiis, et plenariis, et partialibus, at-

(1) Beristain, Biblio. Hisp. Americ., art. S. Miguel P. Juan.

(2) Sigüenza, Glorias de Querétaro, cap. 3.

(3) Be. istain, Biblio. Hisp. Americ., art. Herrera Fr. Joan.

(4) Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 35.

que una ex plenariis indulgentiis concessa fuit confratribus, qui praemissa confessione, et Sacram Eucharistiam accipientes, Tepeyacense Templum visitarent die 12 Decembris, (1) quo die ultima fuit Apparitio B. M. V. de Guadalupe, quapropter in ejus honorem festum ibi celebrabatur, cui festo aderant praedicti confratres, ut antea dictum est.

Rmus Payo de Rivera, magnis sumptibus ab urbe ad Tepeyacatl commodum iter stravit, et potabilem aquam Tepeyacense in oppidum introduxit, qua sitim extinguiceret peregrinorum multitudine copiosissima, illuc confluentum causa venerandi B. M. V. de Guadalupe. (2)

Anno 1675 primus lapis positus fuit Templi in honorem B. M. V. de Guadalupe in civitate, cui nomen Queretaro. (3)

Anno 1675 constituta fuit Archiconfraternitas B. M. V. de Guadalupe, de Ordinarii auctoritate, in Ecclesia Monasterii maximi religiosorum Sancti Francisci Mexici in urbe. Altare in ipsa Ecclesia erat erectum in honorem ipsius Deiparae de Guadalupe, in quo Imago, quoad perfectior fieri potuit, et originalis tactu devotissima, venerabatur, atque singulis annis festum Apparitionis solemniter celebrabatur. (4) Anno 1679 Summus Pontifex Inocentius XI quinque plenarias indulgentias huic Confraternitati concessit, quarum una assignata fuit diei 12 Decembris. (5)

(1) Florencia ubi supra.

(2) Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 32, núm. 348.

(3) Glorias de Querétaro, cap. 4.

(4) Oquendo, Disert. Hist. sobre la Aparicion etc., tom. 2, cap. 8, § 1, núm. 606.—Betancurt, Cron. trat. 2, cap. 3, núm. 50.

(5) Oquendo, ib.—Betancurt, ib.

Anno 1680 Templum in honorem B. M. V. de Guadalupe perfectum fuit in civitate Queretaro. (1) Processione solemnissima ad illud Templum e Parochiali Ecclesia delatum fuit Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, et venerabilis Imago B. M. V. de Guadalupe. Processioni adfuere Clerici saeculares, et sacrae Religiones, et fratres tertii Ordinis Sancti Francisci, et omnes Confraternitates, et civiles Magistratus, et populus innumerus. Quinquaginta et duo Sacerdotes tunc numerabantur in Congregatione B. M. V. de Guadalupe. (2)

In platea principali civitatis mons quidam artificialis praeparatus fuit, Tepeyacatl repraesentans: atque moram faciente processione, tot spectabilium virorum oculis, et populo aspiciente, repraesentata fuit Apparitio B. M. V. de Guadalupe pio neophyto Joanni Didaco. Duo etiam poemata sacra fuere recitata dum processio incederet. Civitas tota laetitiam demonstravit domorum ornata per diem, et illuminatione per noctem. (3).

Octo diebus hujus Templi dedicatio fuit celebrata, Missis solemnibus, et concionibus habitis ad populum. Poetica etiam concertatio tanti festi adauxit splendorem. (4)

Congregationi in honorem B. M. V. de Guadalupe in civitate Queretaro institutae, viri quam plurimi, et auctoritate, et scientia, et pietate conspicui, suum nomen dedere. In opere cui titulus *Glorias de Querétaro*, (5) a Doctissimo Sigüenza primum scripta, deinde a Presbytero Zelea de Hidalgo adacto, notitia habe-

(1) Glorias de Querétaro, cap. 4.

(2) Glorias de Querétaro, cap. 5.

(3) Glorias de Querétaro, cap. 5 et 7.

(4) Glorias de Querétaro, cap. 8.

(5) Glorias de Querétaro, cap. 12.

tur notabilium virorum, qui in eadem Congregatione fuerunt inscripti usque ad annum 1802, quo opus adaequatum fuit approbatum. Inveniuntur ergo Rmus Lorenzana, Archiepiscopus Mexicanus, et Toletanus, et Cardinalis Sanctae Romanae Ecclesiae, octo alii Archiepiscopi et Episcopi, plurimi Doctores, et Canonici Cathedralium, et Clerici saeculares et regulares, et civiles Magistratus.

Sancta Sedes Apostolica indulgentiis ditavit praedictam Congregationem B. M. V. de Guadalupe. (1)

Archipraesul Aguiar y Seixas curavit diligentissime cultus augmentum in Templo Tepeyacensi, et quod exacte munia adimplerentur, sive de Missarum celebratione, sive de concionibus, et de Rosarii et littaniarum publica recitatione. Sex insuper erexit cappellanas in ipso Templo, ut sex Sacerdotes Missam ibi celebrarent, atque superpelliceo induiti singulis sabbatis in Presbyterio adessent dum antiphona *Salve Regina* solemniter cantabatur; atque etiam ut in omnibus festis, quae in eodem Templo solemniter celebrabantur, et Missae, et primis et secundis vesperis, similiter induiti, assisterent: necnon et, praeter alias largitiones, pecuniam dedit ut perpetuo musicis instrumentis consonantibus, antiphona *Salve Regina* in ipso Templo cantaretur, et mille reliquit nummos argenteos (mil pesos) ad Missarum celebrationem. (2)

Anno 1686, ut antea dictum est, licentia concessa fuit ut typis mandaretur opus P. Florencia cui titulus *Estrella del Norte de México*: meminit autem ejus auctor, praeter alia festa, illius quod singulis annis ab indis in Tepeyacensi Templo celebrabatur in honorem B. M.

(1) Sigüenza, ib. cap. 9.

(2) Tornel, La Aparicion etc., tóm. I, cap. 14, núm. 262.—

Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 32, núm. 349.

Virginis de Guadalupe, Missa solemni, et concione habita ad populum Mexicanum idiomate, atque etiam processione. Tanta pietate, et eximio amore B. Mariam Virginem de Guadalupe indi prosequabantur, ut etiam a dissis regionibus ad ejus festum confluenter, nec ullis laboribus vel itineris asperitate territi abessent: atque ita multa Deiparae de Guadalupe offerebant, ut quae eleemosynae in illo festo colligebantur, quascumque eleemosynas in aliis diebus festis collectas excederent. Qui autem indi, longe dissiti, illi festo adesse fuissent impediti, aliis, ut ipsorum vice Deiparam de Guadalupe in ejus Templo venerarentur commendabant, atque absentium offerent dona. (1)

Candelas, quae per aliquod temporis spatium coram Sacra Imagine de Guadalupe fuerant accensae, de Sacerdotum Templi curam gerentium consensu, fideles in proprias domus portabant, et servabant reverenter, ut in tempore tribulationis accensae, pro impetranda Deiparae misericordia inservirent. (2)

Benefactores Templi Tepeyacensis, ab antiquissimis temporibus refert P. Florencia, et ipsius Templi divitias diligenter narrat. (3)

Praeter jam memorata Templa, et Sacella, et altaria, alia quoque in honorem B. M. V. de Guadalupe ab antiquis temporibus erecta fuerunt. Sacellum extitit in Cathedrali Oaxaquensi: altaria Mexici extitere in Ecclesiis Sancti Dominici, et Sancti Augustini, et Colegii Maximi, et Domus Professorum jesuitarum, atque Patres Societatis Jesu festum annum Deiparae de Guadalupe cele-

(1) Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 30, núm. 326.

(2) Florencia, ib.

(3) Estrella del Norte de México, cap. 32, 33 et 34.

brabant. De iis, et aliis ante narratis, notitiam afferit P. Florencia; atque asserit facilius esse in urbe Mexici Ecclesiam designare (si aliqua erat) in qua altare B. M. V. de Guadalupe non haberetur, nec festum celebraretur, quam illas numerare Ecclesias in quibus haec videbantur: neenon et loquitur de innumeris Imaginibus B. M. V. de Guadalupe, et in urbe, et extra urbem, et in Templis, et in domibus fidelium in veneratione habitis. (1) Oquendo (2) etiam meminit altarium V. M. V. de Guadalupe in Ecclesiis Sancti Ferdinandi, et Sancti Dadi, et Sancti Hippolyti, et Bethlehemitarum.

Anno 1692 licentia concessa fuit a Commissario generali Provinciarum Ordinis S. Francisci in Indis ut typis mandari posset Chronica Provinciae Mexicanae Sancti Evangelii a Fr. Augustino Betancurt scripta. Aliae licentiae concessae fuerunt anno 1696. (3) In praedicta Chronica non pauca leguntur de cultu et veneratione B. M. V. de Guadalupe. Ubi de sacris tractat imaginibus, (4) postquam Apparitiones Guadalupenses narravit, festum quotannis in honorem B. Virginis de Guadalupe Tepeyacac ceelebrari refert, in cuius festi octavo die Missam celebrare, et concionem dicere ad Franciscaenos de Tlaltelolco antiquo jure pertinebat: de populorum confluentia, et de miraculis, ope B. M. V. de Guadalupe, a Domino factis, loquitur, atque etiam de novo et magnifico Templo, quod tune construebatur ad sacram Ima- ginem de Guadalupe in illo collocandam. Refert etiam in Ecclesia Monasterii Sancti Francisci ad *Tlaxcallan* Sa-

(1) Estrella del Norte de México, cap. 31, núm. 332 et seq.

(2) Disert. Histor. sobre la Aparicion etc., tom. 2, cap. 8, § 3, n. 636.

(3) V. Licentiae praefixaes Chronicæ.

(4) Tratado V, cap. 4, n. 55, et seq.

cellum extitisse in honorem B. M. V. de Guadalupe; (1) atque in oppido, cui nomen *Quauhtitlan*, in Ecclesia Religiosorum Sancti Francisci altare fuisse erectum in honorem B. M. V. de Guadalupe. (2) Neenon et quedam Congregatio indi generis virginum ibi extitit, quae summa devotione cultum ipsius Sanctissimae Virginis curabant, quoniam ex illis per hebdomadas designabantur, quae ad B. M. V. de Guadalupe Imaginem assistarent, Deiparam humillime venerarentur, et candelas continuo eoram ipsa Imagine accenderent. Oquendo arbitratur hanc Congregationem fortasse ab ipsis temporibus Apparitionis fuisse institutam. (3)

In Ecclesia Religiosorum Sancti Francisci, in ea parte Mexici urbis, cui nomen *Tlaltelolco*, altare extitit in honorem B. M. V. de Guadalupe, quam cantores et musici devotissime celebrabant. (4) Ipsorum cantorum ibi erat instituta Confraternitas in honorem B. M. V. de Guadalupe. (5)

Anno 1693. Capitulum *Cathedralis Ecclesiae Guadaluax*. fundationem admisit ut quotannis die 13 de Decembris Missa celebraretur in aniversarium B. M. V. de Guadalupe, et in suffragium pro anima fundatoris. (6)

Anno 1695, die 26 Martii, Mexicanus Archipraesul Aguiar y Seixas primum lapidem posuit Templi ad *Tepeyacatl* magnificientius struendi in honorem B. M. V. de Guadalupe. (7)

(1) Ib. trat. 2, cap. 3, n. 111 et 110.

(2) Ib. trat. 2, cap. 3, n. 134.

(3) Disert. Histor. sobre la Aparicion etc., tom. 2, cap. 8, § 1, n. 607.

(4) Betancurt, Chron., trat. 2, cap. 3, n. 159.

(5) Betancurt. ib., n. 165.

(6) Acta, Capit. diei 15, Maii an. 1693, lib. 7, fol. 295.

(7) Lorenzana, Serie de los Ilmos. Señores Arzobispos de México.

Maxima solemnitate hic primus lapis fuit collocatus, quoniam simul cum Archipraesule adfuere Capitulum Metropolitanum, et Capitulum Civitatis, et Mexicanus Pro Rex, et alii civiles Magistratus, et populus copiosissimus. (1)

Anno 1696, aut probabilius 1697, cum dira pestis grassetur, solemnni novem dieram supplicatione Deiparae clementia coram ejus Imagine de Guadalupe fuit implorata, atque tunc pestis cesavit. Ita constat in consultatione Capituli Metropolitani Mexicei Archiepiscopo Pro Regi de B. M. V. de Guadalupe in Patronam elegenda, anno 1737. A Capitulo enim, et hujus deprecationis solemnitas insinuatur, et paratum semper in ipsa Deipara de Guadalupe adversus pestem asseritur auxilium. (2)

Anno 1696. Capitulum Cathedralis Ecclesiae Guadalax. altare erigi concessit B. M. V. de Guadalupe in Sacello parochiali ejusdem Ecclesiae. (3) Deinde hoc altare extitit, et modo extat in ipsa Ecclesia Cathedrali.

Anno 1701 et deinceps Archiepiscopatum rexit Mexicanum Rmus D. Joannes de Ortega Montañez: atque ita in B. V. Mariam de Guadalupe fuit amore et veneratione conspicuus, ut ad perficiendum, quod tunc magnificentius struebatur, Tepeyacense Templum, per semetipsum eleemosynas fidelium colligeret. (4)

Rmus D. Garcia de Legaspi, Episcopus Michuacanensis, et deinde anno 1704 Episcopus Angelopolitanus,

(1) Cabrera, Escudo de Armas de México, libro 3, cap. 19, núm. 741.

(2) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 8, núm. 534 et seq. inserit consultationem Capit. Metrop.

(3) Acta, Capit. diei 4 Julii anni 1696. lib. 7, fol. 313.

(4) Lorenzana, Serie de los Ilmos Arzobispos de México.

Templum B. M. V. de Guadalupe in Episcopali Michuacanensi civitate existens, sibi instituit haeredem (1)

Ab anno 1702 usque ad annum 1728 Episcopatum OaxaqueNSE obtinuit Rmus D. Fr. Angelus Maldonado, qui erexit Sanctuarium B. M. V. de Guadalupe. (2) Annexum fuit Ecclesiae Cathedrali. (3)

Anno 1707 fundatum fuit prope civitatem Zacatecas. Collegium Apostolicum de propaganda fide, sub titulo et protectione B. M. V. de Guadalupe, a piissimo P. Fr. Antonio Margil a Jesu, Ordinis Sancti Francisci. Huic collegio concessum fuit, quod jam erat structum, Sacerdolum B. M. Virginis de Guadalupe. (4)

Anno 1707. Mexici obiit Andres Placencia, qui testamento reliquit centum mille nummos argenteos (cien mil pesos), qui etiam, si necesse foret, possent augeri, ad erectionem Monasterii Monialium Ordinis Sancti Augustini, et quatenus hoc Monasterium erigi non posset, ad erigendam Tepeyacac Ecclesiam Collegiatam in honorem B. M. V. de Guadalupe. (5)

Anno 1709, Archiepiscopali Sede vacante, peracta fuit dedicatio tertii Templi Tepeyacensis in honorem B. M. V. de Guadalupe. Solemni processione Sacra Imago ad hoc Templum fuit delata, die trigessima Aprilis, et in ditissimo tabernaculo collocata. Novem dierum subsecuta fuit solemnissima deprecatio; atque haec novem

(1) Eminentissimus Lorenzana, Serie de los Ilmos. Obispos de Michuacan.

(2) Beristain, Bibl., Hisp. Americ., art. Maldonado Ilmo. D. Fr. Angel.

(3) Lorenzana, Serie de los Ilmos. Señores Obispos de la Santa Iglesia de Antequera.

(4) Diccionario Universal de Historia y Geografia, art. "Colegio Apostólico de Ntra. Señora de Guadalupe de Zacatecas."

(5) Oquendo, Disert. Histor. sobre la Aparicion etc., tom. 2, cap. 9, § 1, n. 669.

dierum celebrites ita fuit distributa, ut et Capitulum Metropolitanum, Sede Vacante, et Pro Rex mexicanus, et Clerus saecularis, et Sacrae Religiones, et Universitas mexicana, et Capitulum Civitatis pro ipsa Civitate, et Regium Auditorium Mexicanum, atque alii rerum civilium curam publicam gerentes Magistratus, in diebus ipsis ordinate assignatis, B M. V. de Guadalupe in novo Templo cultum curarent. (1)

Magnificum simul atque ditissimum hoc Guadalupense Templum, ita ut in eo aedificando plusquam quatuor centum septuaginta quinque mille nummi argentei (mas de cuatrocientos setenta y cinco mil pesos) fuerint impensi. (2) Pretium vero argentei et inaurati tabernaculi, in quo Sacra Imago collocata fuit, ascendit ad plusquam septuaginta et septem mille nummos argenteos (mas de 77000 pesos). (3) His addenda vasa sacra, et sacrae vestes, et candelabra, et alia quamplurima argentea, quorum argenti pondus anno 1731, more hispano expressum, ascendebat ad septem mille octingentos septuaginta et octo marcos; quibus, quae auro erant elaborata sunt recensenda, et alia argentea magni pretii eidem Templo piorum largitate donata. (4) En validissima argumenta insignis devotionis, qua B. M. V. de Guadalupe illis temporibus venerabatur.

Anno 1720 Capitulum Cathedralis Ecclesiae Guadalupensis fundationem admisit factam ab Episcopo, qui duo mille mummos argenteos dedit ut lumen perpetuo accenderetur coram Imagine B. M. V. de Guadalupe. (5)

Anno circiter 1721 Templum amplum in honorem B.

(1) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 20, núm. 751 et seq.

(2) Cabrera, ib., núm. 744.

(3) Cabrera, ib., núm. 749.

(4) Cabrera ib., núm. 750 et seq.

(5) Act. Capit. diei 10 Maii anni 1720, lib. 8, fol. 173.

M. V. de Guadalupe in Zacaquensi Apostolico collegio structum fuit; quod Templum adhuc hoc saeculo in melius adivit. (1)

Anno 1725 sollicite petente Hispaniae Rege Philippo V, die 9 Februarii prima Summi Pontificis bulla prodidit pro erectione Ecclesiae Collegiatae in honorem B. M. V. de Guadalupe ad Tepeyacatl, quae titulum haberet *Collegiata Insignis*. (2)

Anno 1731 solemnissime fuit celebratum secundum centenarium Apparitionis B. M. Virginis de Guadalupe. Diebus 11 et 12 mensis Decembris tota Mexici urbs maxima laetitiae publicis demonstrationibus nitidissima visa est: non modo Templa solemni campanarum pulsatione rem laetissimam nuntiavere, verum etiam Templa ipsa, atque domus, per diem, omni ornata, per noctem vero, luminum incredibili et bene ordinata multitudine Divinae Misericordiae per Dei Genitricis Apparitionem singulare mexicanis concessum beneficium testabantur. Ipsi diebus 11 et 12 Decembris festum solemnissimum Tepeyacac in Templo fuit celebratum, Vesperis et Matutino magnificentissime decantatis, et Missa solemni, et concione habita ad populum, atque extra Templum processione peracta. Adfuere et Archipraesul Mexicanus, et Canonici Metropolitanae Ecclesiae, et Mexicanus Pro Rex, et alii rerum civilium Moderatores, et Capitulum Civitatis, et populus innumerus. Sabbato proxime sequenti idem centenarium fuit celebratum in Metropolitana Ecclesia Mexicea, in qua ab antiquis temporibus Guadalupensis Apparitio celebrabatur Matutino decantato, et Missa solemni, et concione habita ad populum. (3)

(1) Diccion. Univ. de Hist. y Geograf. ubi supra.

(2) Oquendo, Disert. hist. sobre la Aparicion, tom. 2, cap. 9, § 1, n. 672.

(3) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 20, n. 755, et seq.

Templum in honorem B. M. V. de Guadalupe erectum fuit ad civitatem episcopalem, cui nomen Durango, extramuros civitatis. (1)

Anno 1737, cum dira pestis Mexicanum depopularet, Capitulum Civitatis de adducenda a Tepeyacensi Templo Sacra Imagine de Guadalupe cogitavit, ut Mexici incolis in tanta tribulatione positis, esset protectione. Mexicanum ergo Archipraesulem pro suo desiderio admplendo adivit; at prudens Antistes, quanta illi Imagine reverentia deberetur attendens, nullatenus illam de suo Templo educi consensit, verum praedictum Civitatis Capitulum admonuit ut in ipso Tepeyacensi Templo, B. M. Virgini deprecation fieret, et revera per dies novem facta fuit. Primo et ultimo die adfuere Archiepiscopus, qui et ipse erat Pro Rex mexicanus, et Capitulum Ecclesiae Metropolitanae, et Capitulum Civitatis, et Regium Auditorium, et alii rerum civilium Moderatores: aliis vero septem diebus ordinate adfuere Sacrae Religiones; sed quidam ex Capitulo civitatis constanter adfuere, etiam si aliunde Capituli universitas adesse impediretur. Post novem deprecationum dies, etiam alia deprecatione peracta fuit in eodem Templo Tepeyacensi pietate et sumptibus privatae ejusdem personae. (2) Nec defuere aliae plurimae deprecations Domini et Sanctorum opem implorando.

Verumtamen non cessavit pestis donec B. M. V. de Guadalupe Patrona Mexici principalis fuit electa. Ea enim tribulatione edocere voluit Dominus mexicanos Sanctissimam Deiparam longe majori honore ab ipsis esse prosequendam sub titulo de Guadalupe, quoniam be-

(1) Alcedo, Diccio. Geogr. histor. de las Indias Occidentales.—Durango.

(2) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 2, cap. 4, n. 279 et seq.

neficium, quod eo titulo recolebant, maximum erat et singulare.

Anno 1737, die 27 Aprilis, coram mexicano Archipraesule astantibus Capituli Metropolitani, et Capituli Civitatis deputatis, B. M. V. de Guadalupe principalis Patrona Mexiceae urbis juramento fuit electa, Archiepiscopi interposita auctoritate, quantum de jure fas erat. Praestito hoc juramento, in omnibus Templis, solemniori, qua apud nos est in usu, campanarum pulsatione, tum etiam publicis per urbem laetitiae testimonii praedictus Patronatus nuntiatus fuit. (1)

Decretum etiam fuit festum Apparitionis servari de praecerto, Sacrum audiendo, et cessando ab operibus servilibus, atque inter solemnia festa civilia, quae dicebantur de *Tabla*, recenserri, cum jam a pluribus annis inter illa festa numeraretur, quae dicebantur de *Corte*. Unde civiles Magistratus Tepeyacense Templum singulis annis adirent. (2)

Solemnis indicta fuit processio, quae ita fuit splendida ut amplius fieri non potuisse: ex Metropolitana Ecclesia egressa fuit die 25 Maii ipsius anni 1737 hora tertia et dimidia vespertina: adfuere Confraternitatis universae, et Fratres tertii Ordinis S. Augustini et S. Francisci, et Religiones Bethlehemitarum, et Caritatis, et Sancti Joannis de Deo, et B. M. V. de Mercede, et Carmelitarum, et Sancti Augustini, et Sancti Francisci, et Sancti Dominici, et Canonici Mexiceae Ecclesiae Metropolitanae, cum universo Clero saeculari, et Capitulum Civitatis, et rerum civilium Moderatores universi, ac tandem mexicanus Archiepiscopus ipse et Pro-Rex. Sacerdotum humeris delata fuit Imago B. Mariae Virginis de Guadalupe, ditissime exornata, et originali

(1) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 31.

(2) Cabrera, ib.

quantum fieri potuit conformis. Die proxime sequenti festum maximum celebratum fuit in Mexicana Ecclesia Metropolitana, atque inter Missarum solemnia Archiepiscopale edictum lectum fuit, in quo, in quantum Ordinario licuit, B. M. V. de Guadalupe Patrona Principalis declarabatur, et ipsius Mexiceae Urbis, et locorum politico ejus regimini immediate subjectorum: neenon et dies festus de praecepto dictus fuit dies 12 Decembris. Deinde concio habita fuit. Quis fuerit urbis ornatus, quae luminum per noctem multitudo, non breviter dici potest: poemata quoque plurima, sive in erectis publicis altaribus, sive in publico domorum ornatu legebantur. (1)

De Apparitione frequens fuit mentio inter ea, quae fuerunt peracta. Nam in Archiepiscopali Edicto dicitur, "El dia 12 de Diciembre de cada un año en que se celebra su prodigiosa Aparicion." (2) Et cum Capitulum Civitatis, ut processioni adessent cives nobiliores invitavit, sic de sacra Imagine ait. "Su milagrosa Imagen de Guadalupe, aparecida." (3) Cum Regium Auditorium de festo civili (*de Tabla*) Archipraesulem Pro Regem consuluit, loquitur de *mirabilis Apparitione* ("Maravillosa Aparicion,") (4) Cum Capitulum Civitatis pro Patronatu Guadalupensi ad Archipraesulem Pro Regem scripsit, de *Apparitionis celebratione* die 12 Decembris fecit mentionem. (5)

Cum B. M. V. de Guadalupe Patrona Principalis Mexiei fuit electa, statim pestis calamitas minuta fuit mirabiliter, (6) et tandem cessavit omnino.

(1) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 4, cap. 9 et 10 et 11.

(2) Cabrera, ib., lib. 4, cap. 11, n. 940.

(3) Cabrera, ib. lib. 4, cap. 10, n. 926.

(4) Cabrera, ib. lib. 3, cap. 21, n. 772.

(5) Cabrera, ib. lib. 3, cap. 8, n. 529.

(6) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 4, cap. 12.

Non autem illud tantummodo desiderabatur quod B. M. V. de Guadalupe Mexici urbis Patrona principalis haberetur, verum etiam patronatum ejus ad totum Regnum extendere vehementer exoptabant viri illi piissimi: quapropter statim ea de re ad alias partes missum est. Eodem ergo anno 1737 Angelopolitana Civitas, et Civitas, cui nomen Valladolid, quae Civitates sunt Episcopales, procuratores constituerunt pro Patronatu generali, et speciale Patronam sibi elegerunt B. M. V. de Guadalupe, quod in ipsarum Civitatum Cathedralibus Ecclesiis solemniter fuit celebratum. (1)

Animadvertisit Cabrera se, propter locorum distantiam, non plene omnia posse enarrare, quae ad speciale electionem B. M. V. de Guadalupe in Patronam variis in locis acta fuere; verum quod attinet ad Regni Patronatum, ut ait ille, procuratores constituerunt eodem anno 1737 Civitates, quibus nomina Guadalaxara, Durango, Guatemala, Oaxaca, quae omnes erant, et modo etiam sunt Civitates Episcopales. (2)

Etiam aliae Civitates non Episcopales, et alia loca Civitatis dignitate non gaudentia, Mexiceae urbis exemplum imitandum sibi proposuerunt, sive in speciali Guadalupensi patronatu sibi providendo, et illo celebrando, sive in generali patronatu. Tales fuere Civitates, quibus nomina Queretaro, Toluca, Cholula, et loca, quibus nomina Villa de Carreon, S. Miguel el Grande, Santa Fé de Guanajuato, Zamora, Aguascalientes, etc. (3)

Anno 1746. Mexicum advenerunt, quae per locorum distantiam dilata fuerant specialia mandata de generali Patronatu B. M. V. de Guadalupe; cumque omnia adimplenta essent, die 4 Decembris, in Archiepiscopali domo,

(1) Cabrera, ib. lib. 4, cap. 12.

(2) Cabrera, ib.

(3) Cabrera, ib.

quantum fieri potuit conformis. Die proxime sequenti festum maximum celebratum fuit in Mexicana Ecclesia Metropolitana, atque inter Missarum solemnia Archiepiscopale edictum lectum fuit, in quo, in quantum Ordinario licuit, B. M. V. de Guadalupe Patrona Principalis declarabatur, et ipsius Mexiceae Urbis, et locorum politico ejus regimini immediate subjectorum: neenon et dies festus de praecepto dictus fuit dies 12 Decembris. Deinde concio habita fuit. Quis fuerit urbis ornatus, quae luminum per noctem multitudo, non breviter dici potest: poemata quoque plurima, sive in erectis publicis altaribus, sive in publico domorum ornatu legebantur. (1)

De Apparitione frequens fuit mentio inter ea, quae fuerunt peracta. Nam in Archiepiscopali Edicto dicitur, "El dia 12 de Diciembre de cada un año en que se celebra su prodigiosa Aparicion." (2) Et cum Capitulum Civitatis, ut processioni adessent cives nobiliores invitavit, sic de sacra Imagine ait. "Su milagrosa Imagen de Guadalupe, aparecida." (3) Cum Regium Auditorium de festo civili (*de Tabla*) Archipraesulem Pro Regem consuluit, loquitur de *mirabilis Apparitione* ("Maravillosa Aparicion,") (4) Cum Capitulum Civitatis pro Patronatu Guadalupensi ad Archipraesulem Pro Regem scripsit, de *Apparitionis celebratione* die 12 Decembris fecit mentionem. (5)

Cum B. M. V. de Guadalupe Patrona Principalis Mexiei fuit electa, statim pestis calamitas minuta fuit mirabiliter, (6) et tandem cessavit omnino.

(1) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 4, cap. 9 et 10 et 11.

(2) Cabrera, ib., lib. 4, cap. 11, n. 940.

(3) Cabrera, ib. lib. 4, cap. 10, n. 926.

(4) Cabrera, ib. lib. 3, cap. 21, n. 772.

(5) Cabrera, ib. lib. 3, cap. 8, n. 529.

(6) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 4, cap. 12.

Non autem illud tantummodo desiderabatur quod B. M. V. de Guadalupe Mexici urbis Patrona principalis haberetur, verum etiam patronatum ejus ad totum Regnum extendere vehementer exoptabant viri illi piissimi: quapropter statim ea de re ad alias partes missum est. Eodem ergo anno 1737 Angelopolitana Civitas, et Civitas, cui nomen Valladolid, quae Civitates sunt Episcopales, procuratores constituerunt pro Patronatu generali, et speciale Patronam sibi elegerunt B. M. V. de Guadalupe, quod in ipsarum Civitatum Cathedralibus Ecclesiis solemniter fuit celebratum. (1)

Animadvertisit Cabrera se, propter locorum distantiam, non plene omnia posse enarrare, quae ad speciale electionem B. M. V. de Guadalupe in Patronam variis in locis acta fuere; verum quod attinet ad Regni Patronatum, ut ait ille, procuratores constituerunt eodem anno 1737 Civitates, quibus nomina Guadalaxara, Durango, Guatemala, Oaxaca, quae omnes erant, et modo etiam sunt Civitates Episcopales. (2)

Etiam aliae Civitates non Episcopales, et alia loca Civitatis dignitate non gaudentia, Mexiceae urbis exemplum imitandum sibi proposuerunt, sive in speciali Guadalupensi patronatu sibi providendo, et illo celebrando, sive in generali patronatu. Tales fuere Civitates, quibus nomina Queretaro, Toluca, Cholula, et loca, quibus nomina Villa de Carreon, S. Miguel el Grande, Santa Fé de Guanajuato, Zamora, Aguascalientes, etc. (3)

Anno 1746. Mexicum advenerunt, quae per locorum distantiam dilata fuerant specialia mandata de generali Patronatu B. M. V. de Guadalupe; cumque omnia adimplita essent, die 4 Decembris, in Archiepiscopali domo,

(1) Cabrera, ib. lib. 4, cap. 12.

(2) Cabrera, ib.

(3) Cabrera, ib.

a regnum istorum procuratoribus ecclesiasticis et saecularibus eadem B. M. V. de Guadalupe harum partium Patrona generalis electa fuit. Statim publica et spontanea laetitiae demonstratio patronatum praedictum nuntiavit. (1)

Die 12 Decembris ejusdem anni Patronatus generalis publicatio facta fuit in Tepeyacensi Templo, iterato juramento, et Archiepiscopali Edicto recitato inter Missarum solemnia. Archipraesul ne adesset adversa valetudine fuit impeditus. (2)

Praeter urbis publicum ornatum, pene in omnibus ejus templis celebratus fuit generalis Patronatus B. M. V. de Guadalupe. (3)

Anno 1746 scriptum fuit ultimum cap. operis Cayetani Cabrera, cui titulus *Escudo de Armas de México*, uti patet ex ipsis capitulis num 1001. Eo autem anno, ut in ipso cap. testatur, (4) non solum dies 12 Decembris, sed etiam uniuscujusque mensis 12 dies plausibili solemnitate celebrabatur in templis Mexici urbis. Frequens etiam tunc erat in regno trium dierum solemnitate Guadalupenses Apparitiones celebrare. (5)

Cum autem eo tempore, quo B. M. V. de Guadalupe Patrona harum partium universalis fuit electa, etiam meliori modo strueretur Altare majus Ecclesiae Metropolitanae Mexicanae, aequissimum visum fuit in eodem Altari Imaginem B. M. Virginis de Guadalupe, utpote Patronae, collocari: quod quidem factum fuit, atque ibi reposita est Imago Guadalupensis, quae ipsius Joannis Didaci propria fuerat, cuius historia, brevissime narrata, ad Sacristiam legebatur. Quomodo haec Imago

(1) Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 4, cap. ultimo,

(2) Cabrera, ib.

(3) Cabrera, ib. lib. 4, cap. ultimo, n. 1008.

(4) Núm. 1008.

(5) Cabrera, ib. lib. 4, cap. ultimo, n. 1008.

a primo possessore Joanne Didaco usque ad Ecclesiam Metropolitanam pervenerit explicat Cabrera. (1)

Anno 1747 cum mortuus esset Archipraesul mexicanus, atque etiam notitia advenisset quod e vivis excesserat hispanus Rex Philippus V, aequum visum fuit differri in Decembrem praedicti anni 1747, quae para ta erant festa propter electionem B. M. V. de Guadalupe in totius Regni Patronam generalem; quae elec tio, ut ante dictum est, peracta fuerat mense Decem bri anni 1746, Patronatus ex parte Urbis Mexici novem diebus fuit celebratus a Clero seculari, et a religiosis familiis, astantibus Pro Rege, et Regio Auditorio, et aliis civilibus Magistratibus, Missis solemniter decanta tis, et concionibus habitis ad populum. Maxima et publica laetitia, tum in urbe Mexico, tum etiam in aliis ci vitatibus et locis per totum Regnum Patronatus Guadalupensis fuit celebratus, domibus et templis exterius ornatis per diem, nocte autem lumine splendentibus, piis dramatibus Apparitionibus repraesentatis, etc. Super omnia vero magnificentissima fuit intra Templa celebra tio Patronatus, ornatu, quoad fieri potuit, ditissimo, Missis solemnibus, et concionibus. (2)

Nonnullis enodatis difficultatibus, de erectione Ecclesiae Colegiatae in honorem B. Mariae Virginis de Guadalupe, nova prodixit bulla S. S. Benedicti XIV, die 15 Julii anni 1746, re commissa Mexicano Archiepiscopo, aut ejus defectu, aliis personis ecclesiasticis ibidem designatis, quapropter die 6 Martii anni 1749 Ecclesia Colegiata canonice fuit erecta. (3)

(1) Ib. n. 1009, et seq.

(2) Pensil Americano, florido en el rigor del invierno, cap. 7, § 2.

(3) Oquendo, Disert. Hist. sobre la Aparicion etc., tom. 2, cap. 9, § 1.

P. Antonius Modestus Herdoñana, Societatis Jesu, maternis bonis instituit Mexici in urbe Collegium sub advocatione B. M. V. de Guadalupe pro educatione curanda indigenarum puellarum, quod collegium in monasterium versum fuit anno 1811. (1)

Anno circiter 1751 pro confirmatione patronatus generalis B. M. V. de Guadalupe, et pro impetratōne Officii proprii, et Missae, ut Romam adiret designatus est procurator P. Joannes Franciscus Lopez, Societatis Jesu. (2) S. S. D. Benedicto XIV preces exhibitae fuere nomine praesertim Archiepiscopi, et totius Cleri Mexicanii, et Episcopi, et Capituli Vallisoletani, coeterorumque Antistitum Novae Hispaniae, pietate erga Deiparam, et desiderio promovendi ejus cultum, et Patronae principalis praerogativas ferventium. (3)

Anno 1754 S. S. Benedictus Papa XIV. Litteris datis die 25 Maii, ita decrevit: "Auctoritate Apostolica tenore praesentium electionem ipsius Sanctissimae Virginis Mariae sub invocatione de Guadalupe, cuius sacra Effigies, seu Imago in magnificentissima Ecclesia Collegata et Parochiali, extra muros Civitatis Mexicanae posita, colitur, in Principalem totius Novae Hispaniae Patronam et Protectricem communibus tum Venerabilium Fratrum ipsius Regni Antistitum, Cleri saecularis et regularis, et populorum illarum partium suffragiis factam, cum omnibus et singulis praerogativis, quae juxta Bre-

(1) Beristain, Bibliot. art. Herdoñana P. Antonio Modesto.

(2) Oquendo, Disert. historic. sobre la Aparicion tom. 2, cap. 9, § 2, n. 682.

(3) Ita expresse in precibus, quas integras videre licet in Opere cui titulus, Coleccion de Obras y Opúsculos pertenecientes á la Aparicion de Ntra. Sra. de Guadalupe de México. tom. 1, initio—et apud Oquendo, Disert. histor. sobre la Aparicion, etc. tom. 2, cap. 9, § 3.

viarii Romani Rubricas Sanctis Patronis Principalibus et Protectoribus competunt, neenon paeinsertum Officium et Missam cum octava approbamus et confirmamus, atque eamdem Dei Genitricem Mariam, de Guadalupe nuncupatam, ut Principalem Novae Hispaniae Patronam et Protectricem habendam, invocandam, et colendam esse statuimus, declaramus, atque jubemus. Praeterea ut in posterum solemnis tantae Patronae ac Protectricis memoria majori, quam antea celerabatur, pietate ac debitissimis laudum praeconiosis quotannis recolatur, volumus, et omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui ad horas canonicas tenentur, auctoritate et tenore paribus indulgemus atque mandamus, ut annua ipsius Beatisissimae Virginis Mariae de Guadalupe festa dies duodecima Decembribus in perpetuum sub ritu duplice Primae Classis cum Octava peragatur, atque paeinsertum Officium ac Missa recitetur et celebretur." (1)

Iisdem precibus impetratae fuere a S. S. Christi Vicario et confirmatio privilegiati Altaris in Collegiate Ecclesia B. M. V. de Guadalupe jam ante concessi, et indulgentiae plenariae et partiales fidelibus ipsam Ecclesiam visitantibus, neenon et indulgentiae et gratiae spirituales Confraternitati in eadem Ecclesia sive erectae siue erigendae. (2)

Anno 1756 summa laetitia Mexici fuit exceptus P. Joannes Franciscus Lopez e Roma rediens, et litteras secum afferens Apostolicas, quibus quod tantopere fuerat exoptatum a Christo in terris Vicario concessum videbatur, confirmatio scilicet generalis B. M. V. de Guadalupe Patronatus, ejus festi primae classis institutio,

(1) V. hac Litterae Apostolicae apud Oquendo opere et loco supra cit, et in opere, cui titulus "Colección de obras y Opúsculos pertenecientes á la Aparicion, etc. loco supra cit.

(2) V. Praecitate Apostolicae litterae in auctoribus praecitatis.

et Officii proprii et Missae approbatio, etc. (1) Publicas laetitia festiva signa maxima fuere; (2) atque etiam singulari solemnitate haec Apostolica concessio fuit celebrata. In Metropolitana Ecclesia duobus diebus magnificentissima fuit celebratio. (3) In Ecclesia Collegiata ad Tepeyacatl, post Metropolitanae festa, novem diebus celebratio perduravit, astantibus, Pro Rege primo die, Archiepiscopo ultimo die, caeteris autem diebus ordinate omnes civiles magistratus, et religiosae familiae Civitatis. (4)

Similiter celebrata fuit confirmatio Patronatus B. M. V. de Guadalupe in ceteris omnibus Novae Hispanae Civitatibus; (5) atque etiam in aliis locis Civitatis dignitate non gaudentibus.

Animadvertisendum non semel tantum in singulis Civitatibus Patronatus confirmationem fuisse celebratam, cum diversorum officiorum fideles B. M. V. de Guadalupe hujus nationis Principalem Patronam honore voluerint. Hinc videre licet apud Beristain (6) typis editas fuisse conciones habitas cum patronatum celebrare curarunt qui mercaturam exercabant in Civitate dicta S. Luis Potosi, et cum illud celebrarunt ejusdem

(1) Oquendo, Disert. hist. sobre la Aparicion etc., tom. 2, cap. 9, § 2, n. 688 et seq.

(2) Cabo. Los tres siglos de México, lib. 12, ad annum 1756.

(3) Oquendo, ubi supra n. 690.

(4) Oquendo ubi supra, num. 692.

(5) Cabo, Los tres siglos de México, lib. 12, ad annum 1756.

(6) Bibliot. in articulis Gaona Fr. José, Muñoz Castiblan que Fr. Antonio, Pardo Fr. Felipe Mariano, Vallejo y Diaz D. José Rodriguez, Alfaro Fr. José Jorge, Beltran D. Luis, Casares Fr. Manuel, Espinosa Fr. Miguel, Ruiz P. Juan.

Civitatis incolae qui metallis effodiendis intendebant, atque etiam typis fuisse editas alias conciones habitas in civitatibus Queretaro et Zacatecas.

Anno 1756. Capitulum Cathedralis Eccles. Guadalax. decrevit festum B. M. V. de Guadalupe, quoniam a Summo Pontifice *horum Regnum* Patrona Principalis concessa fuit, eadem solemnitate celebrandum in ipsa Ecclesia Cathedrali, qua festum Assumptionis ipsius B. M. V. celebrabatur, scilicet, cantando primas Vespertas et Matutinum, et Missa solemni, et concione habita ad populum. Atque etiam mittere decrevit ad Antistitem atque ad Regium Guadalaxarae Auditorium, ut eorum auctoritate respective, festum ecclesiasticum de praecopto, et civile haberetur dies 12 Decembris; atque etiam misit ad Praclatos regulares, ut uno ex Capitulo uno anno concessionem dicente, ipsi deinde concionarentur successive in festo B. M. V. de Guadalupe, (1) quod fuit in usu usque ad extinctionem communictatum religiosorum lege civili.

Anno 1756 ab Hispano Rege praeceptum fuit quod in omnibus testamentis legatum necessario relinquatur Ecclesiae Collegiatae B. M. V. de Guadalupe. (2)

Anno 1762 Advocati titulum habentes in Mexici urbe, primum festum celebrarunt in honorem B. M. V. de Guadalupe in specialem Patronam sibi electae. (3)

Anno 1766, et sequentibus Archidioecesim rexit Mexicana Rmus D. Franciscus Antonius Lorenzana, qui postea Toletum translatus fuit, atque etiam inter S Romanae Ecclesiae Cardinales fuit annumeratus. De B.

(1) Acta capit. diei 14 Septembris. anni 1756.

(2) Oquendo, Disert. Histor. sobre la Aparicion, etc. tom. 2, cap. 8, § 7, ubi aliqua de hujus legati antiquitate.

(3) Beristain, Bibliot. art. Parreño P. José Julian.

M. V. de Guadalupe et scripsit, et concionem habuit, et antiquam de Apparitione mexicanam Narrationem verti fecit in Hispanam Linguam, ut dictum fuit dum de scriptoribus, et de oratoribus ageretur. Deprecationem etiam composuit, et typis edidit, qua B. M. V. de Guadalupe honoraretur. (1)

Ab anno 1771, Concilio IV Mexicano adfuit, ac deinde usque ad annum 1792 Guadalaxarianam Dioecesim rexit Rmns Fr. Antonius Alcalde, qui a fundamentis erexit, et ditissime exornavit, atque dotavit Templum B. M. V. de Guadalupe, (2) ubi cultu continuo usque modo honoratur Sanctissima Virgo de Guadalupe. Hic cultus hisce temporibus magnificentissimus est.

Anno 1789 mortuus fuit D. Vincentius Antonius de los Rios, Archidiaconus Cathedralis Ecclesiae Angelopolitanae, (3) quo suadente, Capitulum ejusdem Cathedralis adauxit splendorem festi B. M. V. de Guadalupe in eadem Ecclesia Matutini solemni decantatione. (4)

Deinde ab eo, qui successit Archidiacono in eadem Angelopolitana Ecclesia Cathedrali, novum Altare structum fuit in Sacello B. M. V. de Guadalupe, eidem Cathedrali annexo. Atque etiam pius Sacerdos Cisneros, in eadem Angelopolitana Ecclesia Cathedrali Cantoris dignitate decoratus, quatuor fundavit capellamias, ut totidem Sacerdotes quotidie in praedicto Sacello B. M. V. de Guadalupe officium parvum Sanctissimae Dei Genitricis recitarent chorum efformantes. (5)

(1) Tornel, La Aparicion de Ntra. Sra. de Guadalupe, tom. I.º, cap. 14, n. 248 et seq.

(2) Beristain Bibliot. art. Alcalde Illmo. D. Fr. Antonio.

(3) Berist. Bibliot. art. Rios D. Vicente.

(4) Oquendo, Disert. hist sobre la Aparicion, etc. tom. 2, cap. 8, § 1.º, n.º 603.

(5) Oquendo ubi supra. n.º 603 et 604.

Anno 1787 perfectum fuit monasterium Monialium Capuccinarum, (1) attingens Ecclesiam Collegiatam B. M. V. de Guadalupe, ad quam Ecclesiam per fenestram (tribuna) in Monasterii choro apertam, Monialibus faserat B. M. V. de Guadalupe venerari. Ita provisum fuit Virginum nunquam deficere venerationem illi Sanctissimae Virgini, et Dei Matri, quae eximii amoris testimonium nobis reliquit in sua coelesti Imagine de Guadalupe. (2)

Causa aedificationis Monasterii Monialium Capuccinarum ad Ecclesiam Collegiatam B. M. V. de Guadalupe, eadem Ecclesia laesionem passa est, ita ut illam reficeret necesse fuerit. Illi operi subsidiis adjuvarunt Capituli omnium Novae Hispaniae Ecclesiarum Cathedralium. (3)

Anno 1795, Templo jam reparato, solemniter ad Collegiatam translata fuit Sacra Imago de Guadalupe (4) e Templo Capuccinarum ubi interea fuerat collocata. (5)

Anno 1802 Collegiatae Ecclesiae Capitulum egit de reconstructione Altaris B. M. Virginis de Guadalupe, et de reformatione et ornatu totius Templi. Ita revera factum est impensis quasi 381000 nummis argentis (381000 pesos): atque anno 1836 solemni processione, populo copiosissimo, et civilibus magistratibus astantibus, Sacra Imago de Guadalupe ad Collegiatam delata fuit e Templo Capuccinarum Monialium, ubi interea fuerat collocata. (6)

(1) Diccion. Univers. de Hist. y Geogr. art. Colegiata de Guadalupe.

(2) Oquendo, Disert. hist sobre la Aparicion, etc. tom. 2, cap. 8, § 1, n.º 601.

(3) Oquendo, ubi supra, n.º 603.

(4) Videatur Annotatio ad ea quae dixit Oquendo loco cit.

(5) Oquendo ib., n.º 601.

(6) Diccion. Univers. de Hist. y Geogr. art. Colegiata de Guadalupe.

Anno 1831 solemnissime in omni Mexicana Natione celebratum fuit tertium centenarium Apparitionis B. M. V. de Guadalupe. (1)

Verum nec posibile esset omnia referre, quae in honorem B. M. V. de Guadalupe, et acta sunt et aguntur in Mexica Natione. Sat erit dicere ipsius Guadalupensis Virginis festum ex concessione Apostolica, ut Principalis Patronae ritu duplii primae classis celebrari ab utroque clero; in quo festo adest praecipuum sacrum audiendi et cessandi ab operibus servilibus: templa etiam multa, et altaria plurima in honorem B. M. V. de Guadalupe Domino dicata sunt: Imagines vero ejusdem B. V. de Guadalupe, quae in fidelium domibus reperiuntur, numerari non possunt: multis in Templis Apparitionis festum solemniter celebratur: publicae laetiae et solemnitatis signa sive per Civitates, sive per oppida videntur diebus 11- et 12 Decembris. Quam frequenter Antistites Missam pontificalibus vestiti solemniter celebrarunt et celebrant in festo Apparitionis; atque dum civilis Potestas ab Ecclesia non sese separavit, civiles Magistratus, etiam primarii, eidem festo in templo aderant singulis annis. In publicis calamitatibus B. M. V. de Guadalupe publice et devotissime exoratur. B. M. V. de Guadalupe solemnni cultu ad Tepeyacatl honoratur cura et sumptibus uniuscujusque Mexicanae Dioecesos die duodecima uniuscujusque mensis, et in aliis festis B. V.

Ita demum fidelium cordibus insitum est Apparitionis Guadalupensis insigne beneficium, ut non modo qui illud negare audeat, verum et qui de illo dubitet, grave generabit scandalum.

Ex concessione Smi. D. Leonis Papae XIII. ipsa Imago B. M. V. de Guadalupe, quae mirabiliter apparuit, et in Collegiata Ecclesia ad Tepeyacatl veneratur, au-

(1) Tornel, La Apacion etc. tom. I, cap. 15, num. 324.

rea corona decorabitur majori qua fieri possit magnificientia, cui solemnitati ex universa Mexicana Natione copiosissimae largitiones colliguntur.

#### AD IPSA ARGUMENTA NONUM ET DECIMUM.

CONTINUATUR EORUMDEM ARGUMENTORUM EXPLANATIO ET COMPROBATIO HISTORICA.

*De culta B. M. V. de Guadalupe in aliis populis extra mexicanam nationem, et de approbationibus exterorum Episcoporum.*

Anno circiter 1655 de Nova Hispania ad Peru translatus fuit Pro Rex Ludovicus Henriquez de Guzman. Hic vir, devotione erga B. M. V. de Guadalupe Mexici conspicuus, qui cultum ejus impense fovit, cum ex nostris profectus est, Imaginem ipsius Deiparae de Guadalupe, originali conformem, detulit secum, ut et in periculis in mare, et in rebus difficillimis in regni regime sibi esset patrocinio. Regia solemnitate sacram Imaginem in navem introduxit in portu, cui nomen Acapulco, atque in urbe Lima, et in Peru tam mirabilis Imaginis notitiam et devotionem intulit. Cum autem anno 1658 hostes littora infestantes esset debellaturus, ipsam Sacram Imaginem de Guadalupe secum tulit ad portum, cui nomen Callao, atque coram illa, publica deprecatione Deiparae clementia fuit invocata, Missa celebrata, et concione habita ad populum; civium limentium pars major adfuere simul cum Pro Rege; atque in Regia nave, in parato altari, ipsa Imago fuit collocata, pulsatis campanis Civitatis, et militari honore magnificentissimo. (1)

(1) Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 31, núm. 336.—Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 18, núm. 722.

Anno 1831 solemnissime in omni Mexicana Natione celebratum fuit tertium centenarium Apparitionis B. M. V. de Guadalupe. (1)

Verum nec posibile esset omnia referre, quae in honorem B. M. V. de Guadalupe, et acta sunt et aguntur in Mexica Natione. Sat erit dicere ipsius Guadalupensis Virginis festum ex concessione Apostolica, ut Principalis Patronae ritu duplii primae classis celebrari ab utroque clero; in quo festo adest praecipuum sacrum audiendi et cessandi ab operibus servilibus: templa etiam multa, et altaria plurima in honorem B. M. V. de Guadalupe Domino dicata sunt: Imagines vero ejusdem B. V. de Guadalupe, quae in fidelium domibus reperiuntur, numerari non possunt: multis in Templis Apparitionis festum solemniter celebratur: publicae laetiae et solemnitatis signa sive per Civitates, sive per oppida videntur diebus 11- et 12 Decembris. Quam frequenter Antistites Missam pontificalibus vestiti solemniter celebrarunt et celebrant in festo Apparitionis; atque dum civilis Potestas ab Ecclesia non sese separavit, civiles Magistratus, etiam primarii, eidem festo in templo aderant singulis annis. In publicis calamitatibus B. M. V. de Guadalupe publice et devotissime exoratur. B. M. V. de Guadalupe solemnni cultu ad Tepeyacatl honoratur cura et sumptibus uniuscujusque Mexicanae Dioecesos die duodecima uniuscujusque mensis, et in aliis festis B. V.

Ita demum fidelium cordibus insitum est Apparitionis Guadalupensis insigne beneficium, ut non modo qui illud negare audeat, verum et qui de illo dubitet, grave generabit scandalum.

Ex concessione Smi. D. Leonis Papae XIII. ipsa Imago B. M. V. de Guadalupe, quae mirabiliter apparuit, et in Collegiata Ecclesia ad Tepeyacatl veneratur, au-

(1) Tornel, La Apacion etc. tom. I, cap. 15, num. 324.

rea corona decorabitur majori qua fieri possit magnificientia, cui solemnitati ex universa Mexicana Natione copiosissimae largitiones colliguntur.

#### AD IPSA ARGUMENTA NONUM ET DECIMUM.

CONTINUATUR EORUMDEM ARGUMENTORUM EXPLANATIO ET COMPROBATIO HISTORICA.

*De culta B. M. V. de Guadalupe in aliis populis extra mexicanam nationem, et de approbationibus exterorum Episcoporum.*

Anno circiter 1655 de Nova Hispania ad Peru translatus fuit Pro Rex Ludovicus Henriquez de Guzman. Hic vir, devotione erga B. M. V. de Guadalupe Mexici conspicuus, qui cultum ejus impense fovit, cum ex nostris profectus est, Imaginem ipsius Deiparae de Guadalupe, originali conformem, detulit secum, ut et in periculis in mare, et in rebus difficillimis in regni regime sibi esset patrocinio. Regia solemnitate sacram Imaginem in navem introduxit in portu, cui nomen Acapulco, atque in urbe Lima, et in Peru tam mirabilis Imaginis notitiam et devotionem intulit. Cum autem anno 1658 hostes littora infestantes esset debellaturus, ipsam Sacram Imaginem de Guadalupe secum tulit ad portum, cui nomen Callao, atque coram illa, publica deprecatione Deiparae clementia fuit invocata, Missa celebrata, et concione habita ad populum; civium limentium pars major adfuere simul cum Pro Rege; atque in Regia nave, in parato altari, ipsa Imago fuit collocata, pulsatis campanis Civitatis, et militari honore magnificentissimo. (1)

(1) Florencia, Estrella del Norte de México, cap. 31, núm. 336.—Cabrera, Escudo de Armas de México, lib. 3, cap. 18, núm. 722.

Refert P. Florencia (1) sibi per litteras fuisse narrata beneficia, quae in urbe Lima a B. M. V. de Guadalupe acceperunt, qui illam invocarunt in terremoto anni praecedentis ab eo in quo ipse auctor scripsit, enjus opus, ut typ. daretur, fuit approbatum anno 1686 Hinc apparent permanentia devotionis in illa urbe erga B. M. V. de Guadalupe.

Quantum extra mexicanam nationem propagata fuerit devotio erga B. M. V. de Guadalupe, colligi etiam potest ex viris non mexicanis, qui adscripti fuere Congregationi in honorem ipsius Deiparae de Guadalupe canonice erectae in Civitate Queretaro: de in qua in opere cui titulus *Glorias de Querétaro*, etc. a Singüenza scripta, et a Zelea et Hidalgo adaucta.

Postquam typis edita fuit anno 1660, Narratio Apparitionis Guadalupensis a P. Matthaeo de la Cruz, Petrus de Galvez in Hispaniam illam detulit, et rursus Matriti typis edi curavit anno 1662, ut notitia et devotio B. M. V. de Guadalupe in illis partibus propagaretur. Atque etiam in Hispaniam de Mexico secum adduxit quamdam Imaginem B. M. V. de Guadalupe, juxta originalem, quam Matriti collocavit in quodam Sacello. (2)

Alterius Altaris meminit P. Florencia, (3) in honorem B. M. V. de Guadalupe Matriti erecti; atque tertium altare existere colligit idem auctor (4) ex quadam conacione P. Francisci Lopez, typis edita.

Invictum argumentum magnae devotionis et cultus B. M. V. de Guadalupe per Hispaniam, deducitur ex Guadalupensi Congregatione Matriti erecta, cuius primor-

dia fuere anno 1740. (1) Haec congregatio, et festum annum B. M. V. de Guadalupe celebrare curavit, et cultum ejus fovere et propagare studuit.

In opusculo quod de illa Congregatione scripsit D. Theobaldus Rivera, quodque typis primum editum fuit anno 1740, adiectum deinde typis editum fuit annis 1757 et 1785, (2) constat Hispanum Regem maximum Congregationis fratrem sese declarasse, quam sub speciali sua protectione suscepit. Numerantur etiam in ipso opusculo alii viri, qui nomina sua in eadem Congregatione scripserunt; atque inter illos inveniuntur duo Cardinales; Primatus toletanus, unus; Archiepiscopi et Episcopi, viginti et unus; Dignitate decorati et Canonici Cathedra- lium Hispaniae et Indiarum, quinquaginta quatuor; Parochi, octo; Presbyteri saeculares, honoribus decorati, octoginta; Presbyteri Religiosi diversarum Religionum, quadraginta duo; Generales Religiosorum Ordinum, duo; atque etiam alii viri civili auctoritate insignes. (3) Hi autem omnes in Congregatione recensebantur eo tempore, quo praedictum opus scriptum fuit: absque dubio alii viri illustres in Congregatione deinceps sunt inscripti.

Apparet cultum B. M. V. de Guadalupe amplissime propagatum per Hispaniam, perque terras, quae Hispano regimini subditae fuere, ex eo quod idem officium proprium, et Missa B. M. V. de Guadalupe mexicanis concessa, ut in omnibus Dominiis Hispaniarum

(1) Oquendo, Disert. Hist. sobre la Aparicion etc., tom. 2, cap. 8, § 5, núm. 649.

(2) Beristain Bibliot., art. Rivera Guzman Ilmo. D. Teobaldo.

(3) Relacion del estado del culto y lustre, etc., de la Congregation, sita en Madrid etc., de María Santísima de Guadalupe por D. Teobaldo Rivera, § 2. Videatur in opere cui titulus Colección de Obras y Opúsculos pertenecientes á la Aparicion etc., tom. 1.<sup>o</sup>.

Catholico Regi subjectis recitaretur, sub ritu duplici majori Benedictus Papa XIV concessit. (1)

Adhuc de cultu et de devotione erga B. M. V. de Guadalupe, et in Hispania et in aliis Europae nationibus, audiire oportet D. Theobaldum Rivera: qui ita scripsit. (2)

"Venérase en Roma, habiendo N. S. S. P. Benedicto XIV mandádola colocar en el Convento de Religiosas de San Francisco de Sales. Venérase en Italia, en Francia, en Austria, en Alemania, en Baviera, en Bohemia, en Polonia, en Nápoles, Flandes, Irlanda y Transilvania.

"Venérase en Santiago de Galicia, Valladolid, Guadalaxara, Alcalá, Barcelona, Sevilla, Cádiz, Salamanca, en la Rioja, en las Provincias de Guipuzcoa, Álava, en el Señorío de Vizcaya, y en otros lugares, Ciudades, Provincias y Reinos de esta Península de España.

"Solo en Madrid tiene tres Capillas, ocho altares, y se hallan colocadas las Imágenes en más de cincuenta Iglesias.

"La Congregación ha costeado por sí y por sus individuos seis hermosas Láminas grandes y pequeñas de la Soberana Imagen, con que por tres veces retalladas se han impreso más de cuarenta mil Estampas, y consumidas ya al crecido número de la devoción, ejecuta para su pábulo esculpir otra Lámina.

"En el año de 1740, en que se empezó á fomentar el principio de la Congregación, se imprimieron en una plana de á cuartilla más de tres mil compendios Latinos de la Historia de la misma Aparición, con el fin de que por los Religiosos concurrentes al Capítulo general de San Francisco, celebrado dicho año, se difundiera la noticia en los Reinos extranjeros, como se difundió en tan-

to grado, que se reimprimió dicho compendio en Roma y Alemania.

"Se hizo un devocionario ó Triduo, denominado así porque es para celebrar las tres apariciones, que precedieron á la principal tan portentosa, y es preparación á la cuarta Aparición, en que María Santísima nos dejó su Simulacro formado de rosas, sin que se marchite ni pierda el color después de doscientos años, que estos y veinticinco más han corrido desde que se formó en la tela áspera, tosca y muy rala del afortunado indio Juan Diego. Se refiere cada día una de las Apariciones..... Se imprimieron la primera vez seis mil Triduos, que expendidos en breve á la solicita curiosidad y devoción, se reimprimieron la segunda vez nueve mil, y con las reimpresiones que hicieron algunos Sres. Obispos para estos Reinos, y para las Américas, contándose nueve, se han impreso y distribuido más de cincuenta mil Triduos en Castellano. Porque en estas no se enumera la impresión que se hizo en Roma, traducido por los Italianos el referido triduo.

"Se reimprimió igualmente la Historia de la misma Aparición, escrita por D. Luis Becerra Tanco, é impresa más de ochenta años ha, y se han agotado multitud de ejemplares, de suerte que es difícil encontrar alguno en las librerías de estos Reinos.

"Reimprimióse también en Madrid en dieziseisavo un Epítome Latino de la Aparición impreso y escrito en México poco antes por el P. Xavier Lascano, de la Compañía de Jesús.

"Volvió igualmente á imprimirse en España el Compendio impreso en el año de 1740 repartido en el Capítulo general de San Francisco, y reimpreso en Roma y Alemania como arriba dijimos.

"El difundido conocimiento de la Soberana Imagen,

(1) Ita expresse in Breviario, in Proprio Sanctorum hispanorum, in fine.

(2) In opere ante cit., § 1.

motivó una suma ánsia por Historias, Devocionarios, Estampas y Pinturas, lo que aumenta el valor y la estimacion á las que vienen de México."

Cum religiosi Societatis Jesu, Patria exules ex nobis exierunt, in propagando cultu, et devotione B. M. V. de Guadalupe per Italiam laborarunt, agente vel maxime P. Benedicto Velasco. "Liceat, inquit Maneiro, (1) obiter gratias referre Mexicanis, quod extra Patriam positi, atque in re inope, tam accurata fuerint industria, ut Guadalupanae Virginis religionem in Italis propagarint. Binas aras huic Novohispanorum Patronae, Bononiae funditus excitarunt: in tribus ejusdem urbis templis, Ferrariae totidem: ad collocatam venerationi publicae Guadalupanam Imaginem solemnia quotannis agitari procurarunt, atque obtinuerunt. Idem honos ipsorum cura Virgini suae tribuitur tum Romae, tum in Divi Petri Castro, tum in Foro Cornelii. In hoc autem foro potissimum inolevit Guadalupana religio: et quam Mexicanus quidam, vir tennissimis facultatibus, explicare inchoavit, Chilenses homines ibi commorantes (quorum et nos pietati gratulamur) incredibili conatu amplificarunt; magnificam aram, aureorum sumptibus ultra tercentos, erexerunt; binas argenti lampades, et alia ejusdem metalli ornamenta in aera supellectilem obtulerunt; pro solemnibus annuis, aliisque religionibus ad singula sabbata sanciendis, argenti signati bis mille nummos, eoque amplius, generosissima largitate numerarunt. Et pro ara quidem, quam erexit Bononiae Velaschi accuratio, complures poenarum pro culpis remissiones Pius VI Pontifex Maximus impertivit; ut etiam condonavit, quo die celebrantur ibi Guadalupana solemnia, Missam eamdem, pro Mexicanis concessam, recitari."

Cum mexicani Antistites Patria exules exierunt anno

(1) De vita aliquot mexicanorum etc. P. 3, ubi de Benedicto Velasco, circa finem.

1660 vel 61, Romam majori illorum parte adveniente, in ipsa alma urbe festum B. M. V. de Guadalupe celebabant. Ita testantur adhuc viventes testes oculati.

In civitate Archiepiscopali Sancti Francisci, in superiori California, quae modo Septentrionali Reipublicae Americanae annexa est, Templum est erectum in honorem B. M. V. de Guadalupe; ejusque cultus in eodem templo magnificus est. (1)

Haec omnia fieri non possent sine Pastorum approbatione. Constat ergo exterorum Episcoporum, atque etiam constat Summi Pontificis approbatio, ut patet ex concessione Smi Pii Pap. VI, et ex aliis.

#### SOLVUNTUR OBJECTIONES.

*Quae sunt levissimi momenti omittuntur.*

Obj. 1.<sup>o</sup>—Desideratur inquisitio juridica, qua, si Apparitio Guadalupensis vera fuisset, ejus veritatem comprobasset Rmus. Zumarraga.

Resp.—De eo quod hujusmodi inquisitio extiterit, haec notitia habetur, scilicet, quod Presbyter D. Michael Sanchez, juridice interrogatus anno 1666, et prout de jure respondens de illis quae sciret de Apparitione, asseruit inter alia, quod Presbytero D. Bartolomaeo Garcia, qui Templi Tepeyacensis curam habuerat, narravit D. Alphonsus Muñoz de la Torre, qui Metropolitanae Mexiceae Ecclesiae Decanus fuit, se ipsum vidisse praedictam inquisitionem juridicam legentem Rmum Fr. Garcia de Mendoza, qui Archiepiscopus Mexicanus fuit ab anno 1602 usque ad annum 1606. (2)

(1) Ita narratum est in ephemeride illius civitatis, cui nomen *La República*.

(2) V. summa processus apud Florencia, Estrella del Norte de Mexico, cap. 13, §. 3, num. 123.

Nec mirum si haec disquisitio juridica non inveniatur, constat enim antiqua plurima, quae in Archiepiscopali Mexiceo Archivo asservari oporteret, deperdita fuisse.

Hic locum habet illud Ciceronis: "Est ridiculum ad ea quae habemus nihil dicere: quaerere quae habere non possumus." (1) Quaerunt adversarii Apparitionis quod habere non possumus propter defectum Archiepiscopalis archivi; nihil dicunt ad ea quae habemus, scilicet, ad approbationem episcopalem Apparitionis a Rmo. Zumarraga usque ad id tempus continuam, et tot tamque diversis modis exhibitam, prout in argumento ex hac approbatione sumpto ostensum est, et fusius ostenditur in explanatione et comprobatione historica ejusdem argumenti in hac 3.<sup>a</sup> Part. Dissertationis.

Notandum insuper quod antiquis illis temporibus, propter Ministrorum sacrorum inopiam, et infidelium multitudinem, in quorum conversione omnes laborabant incessanter, et antequam Concilium Tridentinum formam ad comprobanda miracula praescriberet, nullatenus necessarius erat processus juridicus eo modo, quo hodie est in usu.

Obj. 2.—Anno 1556, die 8 Septembris, Mexici concionem dixit P. Fr. Franciscus Bustamante, qui Apparitionem B. M. V. de Guadalupe manifeste negavit, dicens Imaginem ab indo quodam, cui nomen Marcus, pictam fuisse; atque etiam adversus cultum ipsius Imaginis verba fecit; quod quidem scandalum peperit in audientibus, ac deinde in urbe. Et quamvis Rmus Montufar, secundus Mexicanus Archiepiscopus, juridice egerit adversus concionatorem, verum secreto id fecit. Cur non publice si Apparitionem certam credebat, et maxime cum concion-

(1) Orat. pro A. Licinic Archia.

natoris verba populo fuissent scandalo? Videtur ergo illi Archiepiscopo non certo constare de Apparitione. (1)

Resp.—Archipraesulem secreto adversus concionatorem processisse prudentia ductum. Nam cum miraculum Apparitionis magnopere indorum genus honoraret, et supra hispanos extolleret, strepitus publicus exasperare potuisset invidorum animos, et difficilior evasisset indorum defensio, cui charitate acti, sedulo incumbeant et Episcopi et Sacerdotes. Fortasse in ipso Regio Mexiceo Auditorio, coram quo concionabatur P. Bustamante, aliqui aderant, quibus dicta a concionatore placuerunt, quod inde fit credibile quod concionator Pro-Regem et Auditorium Regium incitavit ut impedirent ne concionatores miracula praedicarent obtenta propter invocationem B. M. V. de Guadalupe, et quod Capellanus Pro-Regis et Auditorii Regii, juridice vocatus ut de dictis a P. Bustamante testaretur, se de iis non interrogari supplicavit, quoniam Pro Regis et Auditorii capellanus erat, quod non fuit illi concessum. Hinc patet capellum aliquid timuisse si contra P. Bustamante testimonium daret; contra vero P. Bustamante coram Pro-Rege et Regio Auditorio concionantem se placitum et favorem habiturum sperasse. Quae cum ita essent, gravi fundamento timuit Archipraesul Mexicanus, ne animis exasperatis judiciali publico strepitu, aliquid fieret adversus devotionem et cultum B. M. V. de Guadalupe, et adversus pios concionatores, atque etiam ne indis damnum oriretur. Prudentia ergo ductus secreto processit Archipraesul.

Et nisi prudentiae ratio id postulasset, quis crederet illum Archiepiscopum, qui Mexicum adveniens, devotionem B. M. V. de Guadalupe propagatam invenit, et

(1) Videantur haec fuse explanata et confutata in Opere, cui titulus, Santa María de Guadalupe Patrona de los Mexicanos, § XVI, num. 477, et sequentibus.

illam impense fovit, ita ut etiam Templum Tepeyanum ampliorem fecerit, ut suo loco dictum est, cum publice, et magno fidelium scandalo, illa devotio improbaretur, non publice adversus concionatorem juridice acturum?

Sequentia objecta desumuntur ex Muñoz. (1)

Obj. 3.—Adducitur ut instrumentum antiquissimum, Apparitionem comprobans, testamentum Joannae Martinæ, in quo Apparitio refertur. Verum hoc testamentum antiquior esse nequit anno 1706; nam in testamento dicitur quod *Sabbato apparuit dilecta Domina Sancta Maria, et fuit nuntiatum dilecto Parrocho de Guadalupe.* "En Sábado se apareció la muy amada Señora Santa María, y se avisó de ello al querido Párroco de Guadalupe." Parochia autem in Guadalupe erecta fuit anno 1706; ergo testamentum antiquior esse nequit. Ita Muñoz. (2)

Resp.—Vehementer errat Muñoz propter ignorantiam Linguae Mexicanæ, ubi enim ille ponit querido Párroco, mexicane legitur in testamento *Illaçoteopixqui*, quod nomen non significat *dilecto Parrocho*, sed simpliciter *dilecto Sacerdoti*, ita ut hoc nomen *Sacerdos* sive pro Presbitero sive pro Episcopo sumatur: componitur enim nomen mexicanum *Illaçoteopixqui* ex posesivo *tertiae personae singularis i*, ex adjetivo *llaçotli* (amatus a um) vel (*dilectus a um*) et ex nomine *teopixqui* quod *vi* sua significat *Servator rerum Dei*, ita ut nomen significans *res* taceatur in compositione per eclipsim, quae figura frequens est in compositione mexicana, et expressa habeantur alia duo nomina, scilicet, *Teotl* in genitivo possessionis, *sublativa finali tl*, et *pixqui* (servator), quod est nomen verbale deductum ex verbo *pia* (servat). Constat autem quod ut

(1) Memoria sobre las Apariciones y el culto de Nuestra Señora de Guadalupe de México.

(2) Ib, num. 22.

apparuit B. M. V. nuntiatum est *Sacerdoti*, scilicet Rmo. Zumarraga, qui dicitur de Guadalupe quia Templi et Imaginis de Guadalupe cultum curavit.

Antiquitas testamenti Joannae Martinæ apparebat ex lingua in qua scriptum est, scilicet, Mexicana Lingua, posteriori enim tempore instrumenta Hispana Lingua conficiebantur: ex papiro ex *meti* effecto, qui non nisi antiquissimis temporibus fuit in usu; et ex tabellione coram quo factum est, qui officium illud exercuit anno 1559. Unde jure dicitur hoc testamentum fuisse Apparitioni proximum.

Obj. 4.—Pro-Rex Martinus Henriquez, interrogatus de variis a Rege, die 15 Maii anni 1575, respondit die 25 Septembris ejusdem anni; in qua responsione ad rem nostram attinent haec: "Sobre lo que toca á la fundacion de la ermita de Ntra. Señora de Guadalupe, y que procure con el Arzobispo que la visite: visitalla y tomar las cuentas siempre se ha hecho por los Prelados. Y el principio que tuvo la fundacion de la Iglesia que agora está hecha, lo que comunmente se entiende es que el año de 1555 ó 56 estaba allí una ermitilla en la cual estaba la Imágen que agora está en la Iglesia, y que un ganadero que por allí andaba publicó haber cobrado salud yendo á aquella ermita y empezó á crecer la devoción de la gente. Y pusieron nombre á la Imágen Ntra. Señora de Guadalupe por decir que se parecía á la de Guadalupe de España. Y de allí se fundó una cofradía, en la cual dicen habrá cuatrocientos cofrades; y de las limosnas se labró la Iglesia y el edificio todo que se ha hecho, y se ha comprado alguna renta. Y lo que parece que agora tiene y se saca de limosnas, envió ha sacado del libro de los mayordomos de las ultimas cuentas que se les tomaron, y la claridad que mas se entiendere se enviara á V. M. Para asiento del Monasterio no es lugar muy conveniente por razon del sitio." (1) Hinc apparent, inquit Muñoz, nullam notitiam Mexici urbi fuisse de Appari-

tionibus post dimidium saeculum ab eo anno ad quem illae modo referuntur.

Resp.—Nihil ad rem textus responsionis Pro-Regis Henriquez: non enim loquitur de origine Imaginis B. M. V. de Guadalupe, nec de primaeva origine ejus Templi, et cultus, et devotionis erga illam, quae omnia ex Apparitione oriuntur; sed loquitur de causa (juxta quod ille intellexit) amplificationis Tepeyaquensis Templi, et augmenti devotionis, quod patet ex verbis ipsius Pro-Rex: dicit enim: "Y el principio que tuvo la fundacion de la Iglesia que agora está hecha, lo que comunmente se entiende es que el año de 1555 ó 56 estaba allí una ermitilla en la cual estaba la Imágen que agora está en la Iglesia." Et postquam narravit curationem cuiusdam infirmi, qui ad primum templum adivit, ait: "Y empezó á crecer la devocion de la gente," etc.

Cur autem non narrat Pro-Rex unde haberetur Imago B. M. V. de Guadalupe, quaeque prima ejus Templi et cultus fuerit origo? Non duxit necessarium haec narrare, cum de iis non interrogaretur.

Praeterea Pro-Rex Henriquez non numeratur inter viros rerum nostrarum peritos. In his, quae dixit Regi respondens, praeter alia quae notant autores, invenitur ambiguitas, et indeterminatio, et manifesta falsitas: ambiguitas dum infirmi curationem contigisse dicit anno 1555, vel 1556; indeterminatio cum de confratrum numero ait "dicen habrá cuatrocientos," cum ex confraternitatis libris confratrum numerum certo scire potuisse; falsitas manifesta cum dicit nomen Guadalupe nostrae Imagini datum "por decir que se parecia á la de Guadalupe de España;" nec enim existit haec similitudo, ut patet ex utriusque Imaginis inspectione, nec illa est origo nominis

(1) V. Memoria sobre las Apariciones, etc., praeposita operi cui titulus Apologia de la Aparicion etc., auctore Guridi Alcoser.

Imaginis nostrae. Unde patet Pro-Regem Imagines non comparasse, quas similes credidit; atque etiam patet quam parum accurate de iis Pro-Rex inquisivit ut Regi responderet. Insuper Pro-Rex nihil dixit adversus Aparitionem.

Agnoscit ipse Muñoz hujus objectionis ineficaciam, eo quod non loquatur Pro-Rex de prima Templi origine, unde prosequitur: "Y cual pudo ser el origen y motivo de haberse fabricado esta ermita en aquel sitio?.... Dígalo Fr. Bernardino Sahagún." Utique necesse est alium dicere, quae non dixit Pro-Rex.

Obj. 5.—Arguit ergo Muñoz: "Vean (los defensores de la Aparicion) lo que escribe (Fr. Bernardino Sahagún) en su Historia hablando de las idolatrias de los mexicanos acerca de las aguas y montes: Estas son las palabras: "Cerca de los montes hay tres ó cuatro lugares donde solian hacer muy solemnes sacrificios, y venian á ellos de muy lejas tierras. El uno de estos se llama Tepeacac, y los españoles llaman Tepeaquilla, y agora se llama Nuestra Señora de Guadalupe. En este lugar tenian un templo dedicado á la madre de los dioses que la llamaban Tonantzin, quiere decir nuestra madre. Allí hacian muchos sacrificios á honra de esta diosa y venian á ellos de muy lejas tierras, de mas de veinte leguas de todas estas comarcas de México y traían muchas ofrendas: venian hombres y mujeres y mozos y mozas á estas fiestas: era grande el concurso de gentes estos dias; y todos decian vamos á la fiesta de Tonantzin. Y agora que está allí edificada la Iglesia de Ntra. Sra. de Guadalupe tambien la llaman Tonantzin, tomando ocasion de los predicadores que á nuestra Señora la Madre de Dios llaman Tonantzin. De donde haya nacido esta fundacion de esta Tonantzin no se sabe de cierto. Pero esto sabemos de cierto, que el vocablo significa de

su primera imposicion á aquella *Tonantzin* antigua. Y es cosa que se debia remediar, porque el propio nombre de la Madre de Dios, Señora nuestra, no es *Tonantzin* sino *Diosinantzin*. Parece esta invencion satánica para paliar la idolatria debajo equivocacion de este nombre *Tonantzin*. Y vienen agora á visitar esta *Tonantzin* de muy lejos, tan lejos como de antes. La cual devucion tambien es sospechosa, porque en todas partes hay muchas Iglesias de Nuestra Señora, y no van á ellas; y vienen de lejas tierras á esta *Tonantzin* como antiguamente." Hinc deducit Muñoz Apparitionis traditionem multo recentiorem esse eo tempore ad quod refertur ab ejus propugnatoribus.

Resp. Auctor textus prudentiae causa (ut illi videbatur, nam alii aliter sentiebant) improbat B. M. V. de Guadalupe dici *Tonantzin*, eo quod eo ipso nomine dicta fuerat falsa mater inanum deorum, quam mexicani idolatriae tempore colebant. Quod devotionem existimet suspectam quoniam Templum Guadalupense plus quam alii Templi B. M. V. frequentabatur, nullam vim habere potest, nam in eodem loco unde textum objecatum sumpsit Muñoz, quod titulum hoc habet *Continacion del autor*, (de quo infra) postquam de aliquibus locis loquitur continuator, in quibus infideles falsis diis solemnia sacrificia offerebant, et in quibus post Evangelii prædicationem, tria templo edificata fuere, scilicet, B. M. Virginis, B. Annae, et B. Joanni Evangelistae, vel Baptiste, ita concludit: "Persuadieron á aquellas provincias á que viniesen como solian, porque ya tenian *Tonantzin*, *Toçitzin* y *Altepuchtli*, que exteriormente suena ó les ha hecho sonar á Santa Maria, á Santa Ana, y á San Juan Evangelista ó Bautista; y en lo interior de la gente popular que allí viene, está claro que no es sino lo antiguo: y así no es mi parecer que les impidan la venida ni la ofrenda, pero sí lo es que los desengañen del

error que padecen." Constat ergo continuatorem non improbare devotionem B. M. V. de Guadalupe, sicut non improbat devotionem B. Annae, et B. Joannis, sed tantummodo desiderare populum erudiri, ne forte contingat quod propter nominum identitatem, dum imperitus vulgus videretur exterius B. M. V. et B. Annam, et B. Joannem venerare, revera et interius deos falsos ibi coleret, uti coluerat antiquitus. Cur hoc non adduxit Muñoz?

Praeter alia, haec verba, "De donde haya nacido esta fundacion de esta *Tonantzin* no se sabe de cierto," fundamentum dederunt ut textus reputaretur corruptus, vel apocryphus. Ita Aleoser. (1) Dicendum textum non esse P. Sahagun. Nam 1.º, juxta Eguira, (2) P. Sahagun theologus fuit eruditissimus, quomodo autem eruditissimus theologus ignorare potuissest B. M. V., veram Dei Matrem, etiam Matrem nostram dici piissime a christianis? At vero in textu, qui objicitur, improbat, non solum causa prudentiae, verum etiam theologicæ B. V. M. dici Matrem nostram, id est, *Tonantzin*: dicitur enim: "Y es cosa que se debia remediar, porque el propio nombre de la Madre de Dios, Señora nuestra, no es *Tonantzin* (Mater nostra) sino *Dios inantzin* (Mater Dei). 2.º P. Sahagun peritissimus fuit Mexicanae Linguae : (3) talis autem vir dicere minime potuissest nomen *Tonantzin* propter primam impositionem significare illam infidelium deam, quam dicebant *Tonantzin*; at vero textus hoc assertit his verbis, "Lo que sabemos verdaderamente es que el vocablo *Tonantzin* significa de su primera imposicion á aquella *Tonantzin* antigua." Nomen hoc vi sua significat quamlibet matrem, quae amore aut reverentia prosequatur; componitur enim ex possessivo *to* (noster a

(1) Apologia de la Aparicion, etc. cap. X.

(2) Bibliot. art. Bernardinus Sahauntinus.

(3) Berist. Bibliot. art. Sahagun Fr. Bernardino.

um), ex substantivo *nantli* (mater), amissa finali *tli*, et ex nota reverentiae vel amoris *tzin*. Hoc ergo nomen *deae illae* fuit applicatum, sed non fuit prima ejus impositio deam praedictam significare; sed, ut dictum est, significat matrem dilectam vel honore habitam. Unde patet hoc nomen mexicanum *Tonantzin* recte dici de B. M. V. quam ut piissimam Matrem amore et reverentia prosequimur. 3.º P. Sahagun historiae nostrae fuit peritissimus: (1) at vir eruditissimus, qui Mexicum advenit anno 1529, qui cum primis missionariis conversatus est, qui res nostras diligentissime inquisivit, nullatenus dicere potuisse non certo constare unde orta esset guadalupensis fundatio prope Mexici urbem. Nam si fundatio nihil commune haberet cum Apparitione B. M. V. de Guadalupe, incredibile esset talem virum ejus causam ignoravisse: si fundatio facta fuit propter Apparitionem, B. M. Virginis, sive ut certam, sive ut falsam, sive ut dubiam illam habuisse P. Sahagun, absque dubio dixisset illam fundationem ortam fuisse ex Apparitione vera, vel ex Apparitione falsa, vel ex Apparitione dubia; vel dixisset non certo constare de veritate illius causae propter quam fundatio facta est: alienum autem esset a viro docto dicere non constare de causa, cum ejus intentio esset dicere non constare de qualitate causae.

Ut haec plenius intelligantur sciendum est opus P. Sahagun, de quo hic agitur, manuscriptum missum fuisse in Hispaniam. Neque ibi facile inveniebatur; sed D. Joannes Baptista Muñoz, cum Historiam generalem Indianorum esset scripturus, et libros quoquemque, quos consuleret inquiriret, postquam frustra quaesierat opus P. Sahagun, sciens illud manuscriptum asservari apud franciscanos de Tlosa, Rege interveniente, praedictum opus obtinuit; quod transcriptum fuit diligenter. Hinc ad nos deuenit opus P. Sahagun, et Mexici typ. datum fuit

(1) Beristain Bibliot. art. Sahagun Fr. Bernardino.

anno 1829 hoc titulo: *Historia general de las cosas de Nueva España, que en doce libros y dos volúmenes escribió el R. P. Fr. Bernardino Sahagún.... Dala á luz con notas y suplementos Carlos María de Bustamante.* In primis libris hujus operis fuit tractat P. Sahagun de idolatria antiquorum mexicanorum. Nihil in illis adversus Apparitionem B. M. V. de Guadalupe: de aliis rebus tractat in aliis libris. In undecimo libro tractat de animalibus, de arboribus, et herbis, de lapidibus preciosis, de fontibus et fluminibus, de terrae qualitatibus, de montibus, etc. Hic liber, sicut et caeteri, dividitur in capitula, et capituladividuntur in paragraphos. In hoc ergo libro, in cap. XII, inter paragraphum VI et VII, interpositum aliquid invenitur, quod non est nec capitulum nec paragraphus, sed habet hoc titulum, *Continuacion del autor.* In hac Continuatione, occasione sumpta ex eo quod in § VI dictum fuerat de montibus, notitia datur antiquae idolatriae circa montes: atque inde sumpsit textum Muñoz.

Dicendum ergo non tantummodo textum a Muñoz adductum, sed totam hanc *Continuationem auctoris* ab alio esse introductam in libro XI operis P. Sahagun. Nam 1.º Liber ille undecimus dividitur in capitula et capitula dividuntur in paragraphos. Quae rationabilis causa assignari posset ut P. Sahagun repente divisionis methodum perturbaret, atque inter capitis XII paragraphum VI et VII extraneo titulo illam *auctoris Continuationem* interponeret? Cur non paragraphum VI prosecutus est si illa, quae in *Continuatione* dicuntur, qualcumque cum dictis in illo paragraphe connexionem habere intellexit? Aut Cur non in alio paragraphe illa posuit, ut divisionis methodus servaretur? 2.º Non in libro XI, sed in primis libris tractat P. Sahagun de rebus ad antiquorum mexicanorum idolatriam pertinentibus;

in libro autem undecimo, ut jam dictum est, tractat de animalibus, de arboribus, de lapidibus preciosis etc. Hinc manifestum est quod si P. Sahagun aliquid de idolatria addere voluisse, illud utique addidisset in aliquo illorum priorum librorum, quorum materia est idolatria, et maxime in cap. XX libri secundi ubi de idolatria in aliquibus montibus verba facit, et ideo ibidem locus erat proprius ad haec addenda, non vero liber undecimus, in quo tractat de rebus ad Zoologiam, ad Botanicam, ad Geographiam, et ad alia hujusmodi pertinentibus. Incredibile est P. Sahagun, virum sapientia praestantem, additionem suo operi extra locum proprium fecisse. Hinc concludere licet alium fuisse Continuatorem Patris Sahagun. Quod autem, Continuationem addendo, dixit homo quidam ignotus, qui et Theologiae, et Mexicanae Linguae, et Mexicanae Historiae non peritum se ostendit, auctoritate caret.

Obj. 6.—Fr. Joannes Torquemada, auctor operis, cui titulus *Monarquia Indiana*, cum pluribus conversatus est, qui anno 1531 vixerunt; atque de visionibus, et de revelationibus, quibus Dominus indos neophytes favisse dicebatur, scripsit: nulla autem revelatio ita praestans ut Apparitio B. M. V. de Guadalupe; non ergo illam praetermisisset si veram credidisset. Praetermisit tamen: ergo vel penitus illam ignoravit, vel si rumor aliquis vulgaris de illa audiebatur, sernendum censuit.

Resp.—Non unicam solutionem huic argumento exhibent auctores: verum breviti consulendo, dicendum: 1.º Praedictum opus P. Torquemada non omnino integrum ad nos devenisse, quod patet ex Proemio praefixo secundae editioni: (*Matrixi anni 1723*) nam, ut ibi dicitur, in prima editione, et omissiones et errores majori numero acciderunt quam ordinarie possunt accidere, et in ipso originali manuscripto aliqua ex intentione deleta erant, de quibus inconveniens visum fuit licentiam petere ad

illa typis edenda. Nihil autem concludi potest ex silentio alicujus auctoris de re aliqua, si ejus opus non integrum prae oculis habeatur. 2.º Dato quod P. Torquemada de Apparitione siluerit, silentium ejus prudentiae attribui potest, ne si indos magnopere exaltare videretur, exasperatis invidis, difficilior esset illorum defensio. 3.º Non omnino siluit Torquemada; nam non semel B. M. V. de Guadalupe meminit, et ejus templi. Hinc ait lib. 5, cap. 74. "Al Arzobispo que entonces lo era de México, D. García Guerra, vino nombramiento de virey... para el cual recibimiento salió de la ermita de Nuestra Señora de Guadalupe, donde había estado antes en novenas." Et lib. 5 cap. 63 sic ait de Visitatore Landeras de Velasco, qui advenit anno 1607. "Llegó a esta ciudad, haciendo parada en Nuestra Señora de Guadalupe, donde todos los virreyes la hacen." Quod ostendit quanto honore illis temporibus prosequeretur B. M. V. de Guadalupe.

Obj. 7.—P. Fr. Ludovicus de Cisneros, in libro de Imagine B. M. V. a Remediis dictae, verba facit de Imagine B. M. V. de Guadalupe, quam dicit maxima devotione venerari, et de miraculis, quae, Deipara in hac Imagine invocata, operabatur Dominus, etiam loquitur. Cur, ea occasione oblata, non affert notitiam Apparitionis?

Resp.—Ut confitetur Muñoz, P. Cisneros non scripsit historiam B. M. V. de Guadalupe, sed historiam B. M. V. a Remediis; unde etiamsi nullum verbum fecisset de B. M. V. de Guadalupe nihil colligeretur, quoniam id non erat ejus propositum: dixit tamen haec. "El más antiguo (Santuario) es el de Guadalupe que está á una legua de esta ciudad á la parte del Norte, que es una Imagen de gran devoción y concurso, casi desde que se ganó la tierra, que ha hecho y hace muchos milagros, á quien van haciendo una insigne Iglesia, que por orden del Arzobispo está en muy buen punto." Hic auctor

testatur et **Imaginis** B. M. V. de Guadalupe antiquitatem, et magnam devotionem fidelium, et miracula multa, et Archipraesulis auctoritatem in insigni Templo eidem **Imagini** struendo.

Obj. 8.<sup>o</sup>—**Aparitionis** fabula incepit absque dubio in indorum animis cum ab anno 1629 ad 1634, causa inundationis Mexici urbis, illuc deducta fuit **Imago Guadalupensis**, et cultus splendidus fuit illi exhibitus. Hinc indorum imaginatio, devotionis fervore, Apparitionem fixit. Tunc de **Apparitionibus**, antea inauditis, verba facta sunt. Ita Muñoz, (1) qui etiam narrat se quam plurima scripta vidisse et Rmi. Zumarraga, et religiosorum, et aliorum virorum, qui Mexici vixerunt per totum saeculum XVI, absque eo quod aliquid Apparitionem indicans invenerit. (2) De hymnis, et mappis, et manuscriptis dicit Muñoz primo fuisse laudata anno 1648 a Presbitero D. Michaelo Sanchez: Narrationem Apparitionis, omnium antiquorem, ad annum 1620 vel 1630 referendam dicit: quaecumque alia, vel scripta, vel depicta fuisse conjicit post tempora quibus scripserunt Torquemada et Cisneros. Nec aliud erui posse credit ex testimonio testium, qui juridice fuerunt interrogati anno 1666. (3) Apparitionis propugnatores, ait ille, documenta historica antiquiora, et suspicione exempta, proferant. (4)

Res.—Mirum Joannem Baptistam Muñoz ita facile fingere et loqui sine fundamento; et non modo sine fundamento, verum etiam contra demonstrationis evidentiam. Contendit Apparitionem commentum fuisse vulgaris imaginationis, cuius initium inter annum 1629 et 1634 agnocendum est, simul atque confitetur inter alia, quae ad splendorem cultus B. M. V. de Guadalupe Mexici in urbe tunc temporis contulerunt, connumerari hymnos, et

(1) Memoria supra cit. núm. 24.

(2) Ib. núm. 11.

(3) Ib. núm. 14.

(4) Ib. núm. 25.

dramata pia: illis autem hymnis **Apparitiones Guadalupenses** publice decantabantur, atque illis dramatis publice repraesentabantur, et narrabantur, nullo impediente. Ergo ne Archipraesul mexicanus, ut universus Clerus saecularis et regularis, et civiles Magistratus, et omnes viri sapientes surdi erant et caeci, et ideo falsum miraculum a vulgo inventum publice narrari et repraesentari non impedire? Aut omnes illi viri vulgus erant? Quomodo inficias ire poterit Muñoz illam publicam narrationem et repraesentationem Apparitionum in urbe argumentum esse invictum de eo quod Apparitione vera ab omnibus credebatur, atque ideo venerabili traditione, et gravissimo fundamento innixa ab omnibus habebatur? Nihil aliud addere necesse est: Muñoz semetipsum impugnavit.

Sed asserit Muñoz se plurima scripta saeculi XVI legisse absque eo quod vel litteram vel indicationem aliquam invenerit de Apparitione. Sed non legit, nec vedit quae ad rem attinent. Non legit Annales, nec Narrationem Mexicanam antiquissimam, nec hymnum Francisci Placidi, quod cantatum fuit eo ipso die quo Sacra Imago in primo Tepeyacensi templo fuit collocata, nec mappas vedit, nec antiquissima istrumenta. At non modo non haec legit, nec vedit, verum etiam contigit illi quod illud ipsum quod legit, prave intellexit, ex. gr. testamentum Joannae Martinae, ut ante dictum est. Necon et parum attendit ad illa scripta in quibus de antiquissimis historicis documentis ad Apparitionem pertinentibus constat, ut de hymnis, quibus fere per integrum saeculum Apparitione fuit publice enarrata ante Mexici inundationem.

Arguit Muñoz hymnos, et mappas, et manuscripta primo fuisse laudata anno 1648, eaque propter suspecta esse. Parum attendit Muñoz ad illa quae legit. Nam

P. Florencia apud se habuit hymnum a Francisco Placido compositum, quod cantatum fuit cum ad primum ejus templum ad Tepeyacatl sacra Imago de Guadalupe fuit solemnissima processione deducta. Quod hymnum se accepisse asserit a Presbytero D. Carolo Sigüenza, atque antea illum habuit D. Dominicus Chimalpaine. Presbyter D. Ludovicus Becerra Tanco se ipsum vidisse asserit insignis antiquitatis mappam, in qua representabatur et Apparitio, et Imago B. M. V. de Guadalupe, atque etiam vidi Mexicanam Narrationem, in qua quatuor Joanni Didaco Apparitiones, et quinta Joanni Bernardino narrabantur; neconon et se audivisse testatur hymnum de Apparitione ad Tepeyacatl ante Mexici inundationem, quae contigit anno 1629. D. Carolus Sigüenza et Gongora non modo apud se habuit antiquissimam Narrationem Mexicanam Apparitionum, verum et asserit a Valeriano scriptam esse. D. Uribe in Universitate Mexica asservari testatur antiquissimam Mexicanam Narrationem Apparitionis. Sed de iis jam suis in locis dictum est. Sufficeret Joanni Muñoz si attente legisset Catalogum Musaei D. Laurentii Boturini in ea parte in qua illa narrat, quae ad Historiam B. M. V. de Guadalupe pertinent: ibi vidisset Muñoz de quibus D. Laurentio Boturini constat, et quae ipse apud se habuit, sive Narrationes, sive Annales, sive mappas, sive testamenta, quibus veritas Apparitionis comprobatur, atque etiam vidisset quae horum omnium ad probandum sit aptitudo, et quae antiquitas. Adhuc suspecta habebit Muñoz et carmina, et mappas, et manuscripta de Apparitione? Nunquid non credendum viris doctis de iis, quae ipsi vide runt, et quae habuerunt apud se? Qui autem aptiores ad harum rerum antiquitatem dignoscendam, quam viri illi qui antiquitatum nostrarum fuerunt peritissimi?


De caetero in 2.ª Parte hujus Dissertationis (Arg. 5, et 7.) diligenter inquiritur quanta sit antiquitas Nar-

rationis Apparitionum B. M. V. de Guadalupe mexicano sermone, utrum una sit an multiplex de hac re Narratio mexicana, et quantam vim habeant ad stabilendam Apparitionum veritatem, quae asseruere testes, qui juridice fuerunt interrogati anno 1666. Requiratur ibi.

Quae adversus depictam Imaginem de Guadalupe ob jici possent, soluta fuere ab insigni pictore Michaele Cabrera in opusculo, cui titulus *La Maravilla Americana* etc., quod insertum est in 1.ª Parte hujus Dissertationis.



UNIVERSIDAD NACIONAL AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE  
NUEVO LEÓN  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## INDEX.

PAG.

Brevis fit introductio, et indicatur divisio dissertationis in tres partes.....	5
PARS PRIMA.—Apparitionis Guadalupensis narrationem continens, necnon et sacrae Imaginis descriptionem, et peritorum de illa judicium.....	6
Narratio Apparitionis B. M. V. de Guadalupe Mexicano idiomate.....	7
Versio latina praecedentis mexicanae Narrationis.....	22
La felicidad de México en la admirable Aparicion de la Virgen María Nuestra Señora de Guadalupe. Su autor Luis Becerra Tanco, Presbítero.....	34
Maravilla americana y conjunto de raras maravillas observadas con la direccion de las reglas del arte de la Pintura en la prodigiosa Imagen de Nuestra Señora de Guadalupe de México, por Miguel Cabrera....	48
Pareceres que los profesores de la nobilísima arte de la Pintura de la ciudad de México dieron en vista de este escrito .....	74
PARS SECUNDA.—Argumenta perpendun-	



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE  
NUEVO LEÓN  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## INDEX.


PAG.

Brevis fit introductio, et indicatur divisio dissertationis in tres partes.....	5
PARS PRIMA.—Apparitionis Guadalupensis narrationem continens, necnon et sacrae Imaginis descriptionem, et peritorum de illa judicium.....	6
Narratio Apparitionis B. M. V. de Guadalupe Mexicano idiomate.....	7
Versio latina praecedentis mexicanae Narrationis.....	22
La felicidad de México en la admirable Aparicion de la Virgen María Nuestra Señora de Guadalupe. Su autor Luis Becerra Tanco, Presbítero.....	34
Maravilla americana y conjunto de raras maravillas observadas con la direccion de las reglas del arte de la Pintura en la prodigiosa Imagen de Nuestra Señora de Guadalupe de México, por Miguel Cabrera....	48
Pareceres que los profesores de la nobilísima arte de la Pintura de la ciudad de México dieron en vista de este escrito .....	74
PARS SECUNDA.—Argumenta perpendun-	

tur, quibus B. M. V. ejusque Imaginis de Guadalupe Apparitiones comprobantur...	PAG.
PROTESTATIO.....	84
De genere argumentorum quibus Guadalupensis Apparitio probatur.....	ib.
ARGUMENTUM PRIMUM.—Veritas Guadalupensis Apparitionis demonstratur ex antiquissima consuetudine illam mexicanis hymnis enarrandi dum in Tepeyacensi Templo celebrabatur, necnon aliquando etiam in Mexici urbe.....	85
ARGUMENTUM SECUNDUM.—Veritas Apparitionis ostenditur ex quibusdam antiquissimis instrumentis, quibus, dum cultus B. M. V. de Guadalupe foveatur, etiam asseritur Apparitio.....	86
ARGUMENTUM TERTIUM.—Veritas Apparitionis Guadalupensis probatur ex mappis, et picturis, et piis dramatibus, quibus illa ante oculos ponebatur et narrabatur.....	89
ARGUMENTUM QUARTUM—Ex Annalibus publicorum eventuum, in quibus de Guadalupensi Apparitione mentio habetur, ipsa Apparitio probatur.....	90
ARGUMENTUM QUINTUM.—Veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe comprobatur ex illius historica, et antiquissima Narratione mexicano sermone.....	97
QUAESTIO HISTORICA.—Utrum una tantummodo, an plures extiterint Apparitionum B. M. V. de Guadalupe Narrationes mexicanæ.....	102
ARGUMENTUM SEXTUM.—Multitudo, et sapientia scriptorum, Apparitionem B. M. V. de	107

Guadalupe affirmatum, ejus ostendit veritatem.....	PAG.
ARGUMENTUM SEPTIMUM.—Veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe probatur ex iis, quae ea de re juridice acta fuere anno 1666	110
ARGUMENTUM OCTAVUM.—Veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe ostenditur ex sacris concionibus de ea habitis ad populum.....	113
ARGUMENTUM NONUM.—Veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe probatur ex cultu ipsae Deiparae sub hac advocatione exhibito, sive Mexicana in Natione, sive extra illam.	116
ARGUMENTUM DECIMUM.—Veritas Apparitionis B. M. V. de Guadalupe ostenditur ex approbationibus Episcoporum.....	119
ARGUMENTUM UNDECIMUM.—Comprobatur firmissime Apparitio B. M. V. de Guadalupe ex his, quae a Summis Pontificibus acta sunt ad cultum ipsius Santissimae Virginis de Guadalupe promovendum et augendum.	123
ARGUMENTUM DUODECIMUM.—(Specialiter pertinens ad illud quod in miraculo Apparitionum permanens fuit.)—Judicio peritorum virorum, qui juxta scientiae, et artis leges, Imaginem B. M. V. de Guadalupe inspexerunt, ipsa Imago supernaturaliter depicta fuisse probatur.....	126
ARGUMENTUM DECIMUM TERTIUM.—Veritas Apparitionis comprobatur per miracula, quae B. M. V. de Guadalupe invocata, Dominus operatus est.....	134
ARGUMENTUM DECIMUM QUARTUM.—Apparitionis veritas comprobatur ex parvo numero impugnatorum.....	140
	146

PARS TERTIA.—Historicas continens comprobaciones, vel etiam explanationes eorum unde quaedam argumenta desumuntur ad ostendendam Guadalupensem Apparitionum veritatem.....	150
AD ARGUMENTUM PRIMUM.—Comprobatio historica.—De hymnis, quibus antiquissimis temporibus historia Guadalupensis Apparitionis enarrabatur.....	151
AD ARGUMENTUM SEXTUM.—Explanatio et comprobatio historica.—De multitudine et qualitate scriptorum, qui B. M. V. de Guadalupe Apparitionem affirmarunt, et propagnarunt.....	155
AD ARGUMENTUM OCTAVUM.—Explanatio et comprobatio historica.—De sacris concionibus in honorem B. M. V. de Guadalupe.	210
AD ARGUMENTA 9 ET 10.—Explanatio et comprobatio historica—De cultu B. M. V. de Guadalupe in Mexicana Natione a tempore Apparitionis, necnon de his, quae ab Episcopis acta sunt in honorem ipsius Deiparae de Guadalupe, et in ejus Apparitionis comprobationem.....	224
AD IPSA ARGUMENTA 9 ET 10.—Continuatur eorundem explanatio et comprobatio historica.—De cultu B. M. V. de Guadalupe in aliis populis extra Mexicanam Nationem, et de approbationibus exterorum Episcoporum.....	273
Solvuntur objectiones.....	279



CAPILLA ALFONSINA  
U. A. N. L.

Esta publicación deberá ser devuelta antes de la  
última fecha abajo indicada.

IFCC 636

The image shows a yellow lined notebook page. In the background, there is a faint watermark or seal of the Universidad Autónoma de Coahuila. The seal is circular with a torch and the motto 'ALERE FLAMMAM VERITATIS'. The outer ring contains the text 'UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE COAHUILA DE SALINAS' and 'MÉXICO'. Below the seal, the text 'DIRECCIÓN GENERAL' is visible.

BT660

.G8

R6

42478

FEVT

AUTOR

ROSA, Agustín de la

TITULO

Dissertatio historico-Theologica de apparitione...

FECHA DE  
ENCUENTRO

**NOMBRE DEL LECTOR**

